TRACTATUS JURIDICUS,

DE JURE VENANDI, ROM. GERMANICO,

Materia Intricata

&


Controverſa,

Conſcriptus Methodicè

AB

ERNESTO THEOPHILO MAJERO, CRUSIANO,

U. J. D. & poſt. Part. Pand. P. P. Ordinar. SERENISSIMI WIRTEMB. DUCIS Conſiliario.



TUBINGÆ,

LITERIS HIOBI FRANCKII, Menſ. Jun. MDCCXXII.

SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO
EBERHARDO LUDOVICO,

DUCI WURTEMBERGIÆ ET TECCIÆ, COMITI MONTISPELIGARDIÆ ATQUE HEIDENHEMII DYNASTÆ, &c.

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS ET IMPERII, UT ET INCLUTI CIRCULI SUEVICI GENERALI CAMPI MARESCHALLO,

LEGIONIS DESULTORIORUM CÆSAREÆ, UT ET PEDESTRIS SUEVICÆ, CHILIARCHÆ.

HEROI GENEROSISSIMO, DEFENSORI GERMANIÆ FELICI,

VICTORIOSO, JUSTITIÆ ET RELIGIONIS ASSERTORI MAXIMO.

UT ET

UT ET

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO LUDOVICO,

WURTEMBERGIÆ TECCIÆ-QUE DUCI, COMITI MONTIS-BELIGARDIÆ HEIDENHEMII DYNASTÆ,

CIRCULI SUEVICI SUPREMO EXCUBIARUM PRÆFECTO,

UT ET

LEGIONIS EQUESTRIS CHI-LIARCHÆ,

DITIONUM PATERNARUM FU-TURO HEREDI FELICIS-SIMO:

PRINCIPIBUS AC DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS

VITA, SANITAS, ET OMNIGENA PROSPERITAS.

SERE-

SERENISSIMI
PRINCIPES,
PRINCIPES AC DOMINI CLEMENTISSIMI!

SI ulla *Provincia* in *Germania*, ne dicam in *Europa*, tàm ferax est *ferarum*, certè est *Würtembergia*, in cujus variis *Sylvis*, utplurimùm densis, varia earum *genera* in magna copia sese ostendunt, nec alites cœlo desunt, nec aquis pisces, ex quarum Capturâ SERENITATES VESTRÆ, præ Aliis *Imperii Principibus* singularem *utilitatem* cum magna *jucunditate* capiunt, atque eminent.

Ut dehinc etiam non immeritò *Serenissimi Hujus Ducatus Duces* Regiminis, in hujus Eminentiæ Signum quoque TRIA CORNUA CERVINA *Nigra*, cum *Cornu* venatorio *Rubro* in Insignibus Illustria

 ha-

habeant. Et nunc non ſine Ratione celebre eſt *Feſtum* illud venatorium anniverſarium quod TE, SERENISSIME PRINCEPS EBERHARDE LUDOVICE, FUNDATORE, Ludovicoburgi annuatim ipſo die Sti. Huberti, qui eſt 3. 9bris, ſolenni ritu peragi conſpicitur, peculiari hanc in rem Ordine inſtituto, in cujus numerum ut recipiantur diverſi Principes & Comites Imperii, nec non complures ex Nobili proſapia orti, affectârunt.

Scilicet, ut habeant, quo arctus languidos, feſſaque vario labore membra levent, & fatigationem quiete mitigent, ſeſeque exhilarent, quos tangit gloria Sylvarum, quas vagi per annum luſtrant, propinqua, cluſa, obtruſa, diverſa, invia metientes, Aurora Rutilante, & ſub æſtuoſa ſudantes, perferentes calorem, pluvias, & omnia mala, quæ in

ſe

ſe continent venatoriæ Voluptates, ſub Axe autem frigido, altas & gelidas eundo per nives, algeſcentes. Quod enim caret alterna requie durabile non eſt. Et qui feſſi ſentiunt varia venationis incommoda, ſentiant quoque læti ejus delectationes atque commoda.

De hoc autem Venationis ſtudio, & exercitio egregio, Ejusque jure Regio, mixtis interdum Jocoſis, ceu ſermonis condimentis, cum ſeriis; exactè aliquid in boni, ut ſpero, publici utilitatem conſcribere, dum conſtituo, non longè mihi cauſa acceſenda, & inquirenda fuit, quosnam huic opuſculo Illuſtres Patronos quærerem; cùm enim SERENITATES VESTRÆ, hoc Eminentiæ ſigno refulgeant; Certè jure optimo, ſine hæſitatione ullâ, hic Fœtus de venatione à me editus, VOBIS, *Domini mei Clementiſſimi*, unicè ſubmiſſè offerendus & dedicandus erat.

ccipite itaque SERENISSIMI PRINCIPES, hunc qualemcunque partum literarium Cynegeticum, Sereno vultu, Patronoque ſinu fovete, Clementiſſimèque favete. Aliud enim dignius opus hac vice SERENITATIBUS VESTRIS excogitare non potui.

Efflorеſcite inter Nemora, ceü PALMA, & creſcite, ceü CEDRUS *ex Pſalm. Davidis 92. vſ. 2.* ut juxta illud *Danielis cap. 4. vſ. 7.* ſub umbra Veſtra in Nemore, feræ libere in Veſtram recreationem vagentur, creſcantque in certam prædam, nec fallat unquàm in eas dextras Arcus Veſtras; in Aëre verò volucrum genus volitet, in frondibus arborum nidificet, & garrulæ per ramos aves obſtrepant, & ſemper inter frondes oſcines auras cantibus mulceant ſuis, ſtrideat emiſſa impetu arundo, nec deſint ardeæ in abietibus degentes, in venationem earum

vo-

voluptuoſam. In unda latrante abundent piſces boni, ſeſeque multiplicent in culinam Aulæ.

In ſumma! Cœlum, Sylvæ, Aquæ, nativas opes indeſinenter dent, ſubditosque etiam nunc alta, & tranquilla pax alat, ejusque alumna temporis felicitas omnigena, ut quivis ſub ficu & vite ſua capiat ſecuras dapes, cum omni pietate, & honeſtate. Ferrum omne teneat ruris innocui labor, Enſesque lateant, juxta illud *Eſaiæ cap. 2. vſ. 4.* & *Michæ cap. 4. vſ. 4.*

Vireant ubere glebæ, & plena ſuo Vitis Baccho brachia lætifica curvet, & prata juxta illud *Prophetæ Amos cap. ult. vſ. 14.* Viridi læta facie germinent, lætos præbeat ramos Arbor, eosque pomiferos, neque deficiat Paſtor Grege diminuto, juxta illud *Hezechiel. cap. 34. vſ. 26. & 27.* & *cap. 36. vſ. 11. & 34.* Et *Prophetæ Joëlis c. 2.* & *Hoſeæ c. 14.*

)(5 Sed

Sed illa fæcunditas & benedictio per omnia adsit, quæ *Levit. 26. Deuter. c. 7. & 28.* populo Israëlitico divinitus promissa, & *Ps. 56.* deprædicata. Cæterùm

Quid à benigna Principis expectet manu
Afflicta, duro Marte VVürtembergia,
Insignia sola stirpis antiquissima
Ramosa Cervi Cornua cumulatè docent.
Silvicola Cervus in Cornu robur gerit,
Quo se tuetur, in Cornu decor fera
Spectatur; & quum Vere primo decidit,
Statim propinquis Mensibus renascitur.
Et majus & præstantius, quod anguium
Odore virus pellat, & præsens malis
Pariat Levamen, & venena dissipet.
Quid præstolamur aliud à Larga manu
Et Liberali Teccia nostræ DUCIS!
Tutela rerum fida pro populo stetit
Robur suum testatus, & semper novum
Animi Vigorem. Teccia si quid sua
Mors in Parente demit, aut Majoribus,
Reponet, ac restituet ipse Patria:

SERENITATUM VESTRARUM

Obsequentissimus & subjectissimus

ERNESTUS THEOPHILUS MAJER,
CRUSIANUS, U. J. D. & P. P. O.

CUM



CUM DEO!

PRÆFATIO.



Enationis ſtudium, quo & Sanđi Viri delectati ſunt Geneſ. XXI. 21. & Geneſ. XXVII. 3, Judic. XIV. 5. I. Sam. XVII. 34. I. Reg. IV. 23. præconia ſua maxima habere in aperto eſt, dum generi humano ad vitæ ſuſtentationem, quàm maximè inſervit; in uſum & eſum enim hominum *Divina Providentia* fera animalia finxit, Geneſ. IX. 2. Paulus ad Tim. IV. 3. & ſeq. Et mirum eſt, quot Myriades hominum, inprimis *Inſulanorum*, DEUS paſſim alat præcipuè piſcibus, & marinis animalibus & ſalſamentis. vid. Bœclerus in *Inſt. Polit. cap. 3. p. 270.* Sic *anno 1534. menſe Decembri* piſcatores *Conſtantiæ* uno Retis Jađu tractuque ſupra 46. *millia piſcium* (quos *Gang-*

Gang-Fisch appellant) è Lacu *Acronio* extraxisse, refert Bucelinus, *in Chronologia Const. pag. 346.* & Mart. Crusius, Atavus meus devenerandus, *in annalibus Suevic. lib.* 11. *p.* 3. *p.* 626. add. B. Dn. Lansius *in Oratione pro Hungaria pag. 458.* Quid autem dicamus de MARI piscis parente? Ita *Halecum* captura abundantissima circa *Rugiam Insulam* olim celebris, posteà apud *Scanienses* increbuit. Hinc ad *Norvvegas*, ab his ad *Scotiæ Angliaque oras* migravit, ubi frequentatissima in hunc diem exercetur, & *Europa* quodammodo sufficit: Ex quo autem *maria* hunc piscem condiendi circa annum *Christi* 1416. *Guilielmus Buckeldius* Belga invenit, atque, ut durare & longè lateque asportari posset, effecit. De cujus piscatus periodo, notabilis est *Camdeni in Britannia p. 642. annotatio.*

Haleces Britanniam nostram non sine divino Consilio numerosis examinibus quot annis Circumnatant; circa solstitium æstivum ex alto littus Scaniæ petunt, quo tempore quum piguiores sunt, statim divenduntur, inde Anglica littora adeunt, ab Augusto medio ad Novembr. optima & quæstuosissima eorum est piscatura à *Scarborugh* castro usque ad *Tamesis* ostium ab *Hollandis* & *Zelandis* exercita, Venia prius ex castro Veteri instituto,

to, impetrata: B. Lansius *in Orat. Britann. pag. 527.* Postea aliqua vehementi Procella in *Brittanicum* Mare deferuntur, & in Eo ad CHRISTI usque *natalitia* se piscantibus offerunt. Hinc *Hiberniam* utrinque pernatantes, in *Septentrionalem Oceanum* circumnavigata Britannia se transferunt, & ad *Junium* quasi subsistunt, laud. Bœckler. *d. loc. p. 272.* Ita ad Littus *Anglicanum* prope *Chattan*, sic & probe *Basileam* circa quadragesimam acervatim ad statum diem conveniunt pisces halecum magnitudine, Imò & in fluviolo *lauttera*, propè Kirchemiam Wendlingam ab alpibus veniente, & in *Nicrum* defluente ad Tecciam montem in hoc Ducatu in illam quot annis stato tempore veris, ut dies festus annunciationis Mariæ vulgò dicatur, *der Nasen-Feyertag*, intrat gregatim, piscis, cui à Naso nomen, in tanta copia, ut signo publicè per campanam dato notificetur adventus, & convocentur Cives ad capiendum vel manibus. Non durat tamen ipsius præsentia diu, post paucas horas, per reliquum anni, vix comparet amplius dum fædificant, *Laichen*, modò veniunt, ascendentes in rivum non altè. de quo vid. Infra *Cap. 4. fol. 106. & 107.* quæ una piscium species, saltem *hùc*, & non æque in *Rhems*, *Fils*, *Erms*, *Echaz*,

aber.

aberrat & in via non impeditur, intercipitur: sed cum tanta observantia temporis Verni annuatim fertur, in quo naturæ constantia miranda. Inprimis *Cumbriæ Oceanus* piscibus repletus est optimis. laud. Lansius *d. loc. p. 529.* De Divitiis Regni *Danici*, ex piscibus profectis, vid. Limn. *Tom. 2. add. ad lib. 3. cap. 11. p. 58. &* Vossius *in tr. de Orig. Idolol. lib. 4. cap. 30. & multis seqq.* Jungatur Happelius *in mundi mirabilis tripartiti part. 1. lib. 3. cap. 35.* Non minus autem DEUS *Tellurem* numerosis animalibus *bipedum, volucrum & quadrupedum peccorum*, quæ aucupiis atque venatione parantur, hominum gratiâ, dotavit, ex quâ sat commodi pariter sentiunt Principes. Ita *Hostiensi Episcopo*, ex *Coturnicum* aucupio, *millia* nummorum *aureorum* amplius *quatuor*, quotannis obvenisse testatur, Zanoretta *de Venat. ferar. num. 23.* Quantum etiam *anatum Sylvestrium* captura, Principum Ærario prosit? ad experientiam provocat Klock. *de æratio l. 2. cap. 5. num. 116.* & nullus est, qui sordidum esse sibi persuadet, Principem mercatura avium quæstum facere, idem *num. 94.* nec minus ad Fisci complementum facit, si certa pensione aucupium concedatur subditis. Struv. *in S. J. C. ad ff.* 41.

41. th. 12. Quod in ſpecie de alaudarum aucupio, & areis, *Lerchenſtrich* aſſerit. Jac. Kylling. *diſſ. de Venat. th. ult.* Dieth. *in not. ad Theſ. Pract.* Beſold. *voc Vogelfang.* De *ferarum* autem *in ſpecie dictarum captura*, quam utilitatem communiter ferat, per ſe conſtat inter omnes, quarum uſus etiam eſt in *amictu* maximus: Hinc Ovidius, *pellibus & Sutis arcent mala frigora braccis*, add. Seneca *Exiſt. 91.* *Juſtinus lib. 33.* add. Olaus Magnus *lib. 14. hiſtor. Septentr. Pellibus* autem ferinis etiam utebantur in bello ad declinandos hoſtium ictus, laré Cluverius *in Germ. antiq. lib 1. cap. 44.* &, ut pellibus induti aſpectu terribiliores redderentur. vid. Virgil. *lib. 4. AEneidos, ibi partis jubare & 5. v. 36. & lib. 7. AEneid. v. 687.* Et veteres in pellibus ferinis cubare ſolebant. vid Virgil. *AEneid. 8. v. 366.* add. Cluverius *Germ. antiq. l. 1. cap. 16.* ubi idem *de Germanis* aſſerit, inter quos illi, qui per ignaviam eos nunquam relinquere volebant, apellabantur, per contemptum *Bernhautter*, quaſi *pellium urſinarum incubitores.* Quibus olim etiam utebantur milites ad tabernacula tegenda. vid. Tacit. *lib. 1. annal. 14. Serm. l. c. fol. 6.* Quis denique ignorat, quam maximam feræ nobis promittant utilitatem in *Medici-*

na.

na. vid. Sebaſt. Medices *de venat. qu. 41.* *de qua* ſic Cicero *lib. 2. de Natura DEorum*, ceu unus inſtar omnium, *immanes.* (inquit) *& feras belluas nanciſcimur, ut multa ex eorum corporibus remedia morbis, ac vulneribus eligamus.* Qui venationem *d. Lib. 2. de Natura DEorum* etiam propterea extollit, *quòd illa exerceamur ad ſimilitudinem Bellicæ diſciplinæ, per hanc enim diſcimus omnia alacriter & expeditè, ut eques vel pedes, tractare, inſidiari benè feram beſtiam, & ut hoſtem adoriri & vincere.* Hinc *Ducem* ſibi præficit Venatio, cujus dicto omnes auſcultant, hoſtem excurſoribus provocat, exploratores in ſpeculis diſponit, inſidias addit, apertum Martem ſimulat, divortia, quæ ad fugam patent, obſervat. Per ſaltus & arma pedites præmittit, loca plana & aperta equitum alis præcingit, cornuum ſtrepitu, progreſſui receptuique canit: Dat ſigna Prædæ ac Victoriæ, Præda adventantem & evadentem ſignificat, moveri caſtra indicat. Georg. Mohr. *tr. de Jur. Venand. Part. 1. cap. 2. num. 73. & Part. 2. cap. 12. n. 3.* Feſchius *de re Venatoria fol. 604.* add. Noë Meurer *vom Jagen, Part. 7.* apud Fritſch. *fol. 405.* ibi: *Adde quod venatio eſt, quaſi quoddam rei militaris præludium & bellica*

licæ virtutis ſimulacrum, ita, ut nihil in eo ſtudio facile reperiri queat, quod ſit ab ipſa militia, & ab armis, vel alienum, vel disjunctum. Nam prima Luce ſurgere, ſitim, famem, aſtus, frigora, labores, & alia ſexcenta incommoda tolerare diſcimus, inſidias, ſimulationes, diſſimulationesque, jaculandi, ſagittandique artem cum robuſtis & animoſis concurrerre feris, & de Victoria decertare, quæ omnia & ſingula ſunt via quædam, ars & induſtria, ad verum certamen. add. Plin. *cap. 18. de ſuo Trajano.* Ex hac cauſa Virgilius Venandi ſtudium in *Aſcanio* laudat hoc carmine:

Optat Aprum, & fulvum deſcendere Monte Leonem.

vid. *Conſil. 9.* L. Fritſch. *in Corp. Jur. foreſt. fol. 803.* Sebaſt. Medic. *tr. de venat. part. 2. qu. 41.* Ita corpus quoque Exercitio vegetius redditur, ac bonæ Valetudinis, hinc Horatius. *Lib. 1. Epiſt. 18.* venationem appellat.

- - - Opus utile famæ
Vitæque & membris.

Nam equitando totum corpus movetur, eoque pacto inſitus calor augetur, Lacerti, Brachia, manusque, ducendis canibus venaticis, agitantur, canum ſtrepitu; clamore

& latratu, aurium sensus examitur, vocife- ratione torax, & vocalia Instrumenta exer- cent, dum feras fugientes summo studio venator insequitur, cursus ad quodvis opus efficiendum agilior redditur, in velo- citatem celeritatemque ferarum, atque in canum incursu insultum acies oculorum intenditur, quare visus melior, perfectior- que efficitur, Feschius *de re venat. th. 15. in fin.* Insuper animus ab innumeris affe- ctibus, atque curis distrahitur, quod indu- bium est, si hoc genus exercitationum ad justi moderaminis cynosuram revocetur, ut- pote, in quo inprimis Juventus sese exerit, vires, & agilitatem comparat, quod occa- sionem dat exercendi artes liberales, de- spiciendi terrena, discernendi tempus, quando soperare, aggredi, ferire oporteat, quod variorum casuum docet eventum, & usum commonstrat stratagematum, ubi profusus sanguis, & trementes ferarum morientium artus, oculis usurpata, expur- gant affectus, firmant animum, genero- siores sufficiunt spiritus, qui metum con- terant, & pericula.

Est etiam Cibus ac potus gratissimus ad Palatum. Uti *Theodosio Imperatori* conti- git,

git, qui venatum egressus, divertit solus ad Eremitam, seu silvicolam quendam, *einen Wald-Bruder*, cui defatigato, cùm is panem humectatum, & acetum, oleumque apposuisset, confirmavit Imperator, se nunquàm ita suaviter in suo Palatio comedisse & bibisse. Ita agricolæ, & Vinitori plerumque non minus sapit suus victus, quàm Principibus suæ exquisitæ lætitiæ. Martin. Crusius *in annalibus pag. 179.*

Inde etiam homo venationibus temperantior redditur, & à deside & inutili otio liberatur, ut Salustius notat in bello *Jugurtino.*

Jugurtham statim initio ætatis non se luxui, aut inertiæ corrumpendum dedisse, sed pleraque tempora venando transegisse; siquidem solitudo & silentium, quod venationi datur, magna cogitationis eruditæ incitamenta sunt, nec DIANA magis montibus, quàm MINERVA inerrare solet. Plinius *lib. 1. Epist. 6. & lib. 9. Epist. 10.*

Cui nec sua deest delectatio. Quàm jucundum enim est umbrosas indagine cingere sylvas, & claudere, ferasque bestias etiam ferocissimas indagare, instare, inventas sectari; & lacessere impetum facientes

ſcandere colles, ſummaque montis juga luſtrare, præcipites clamore feras urgere ut ſubſeſſor, fugaces curſu ſequi, aut laxis canibus habenis eas inſequi, ut ſanguine multo roſtra rubicunda gerant, tùm pedicas gruibus, & retia ponere cervis, auritosque ſequi lepores, transfigere damas, aut certis petere telis feram, quæ gelidum potat Araxen: Turbare cubilibus urſos, naſu vomentes, & dum fulvificos acuit dentes aper, altis de montibus actus, & toto eſt ſpumeus ore, adverſus eum dextra lævaque ſimul, robur ſplendenti dirigere ferro, eoque transverberare, ut lato ſequatur de vulnere ſanguis, & ut victor, curvo ſolvere viſcera cultro, dextra ferocem cornibus taurum premere, qui vulnus & telum fert, delubra vaſto mugitu replens. Et dum per arva inſanit Leo ſævus, fulvam minaci fronte concutiens jubam, vultus furore torvus, atque oculi truces, gemitus, & altum murmur, & gelidus fluit ſudor per artus, ſpumat, & vult minas, ejus quatere collum ut efferat graviter extremum halitum. Et dum ſævæ fervent Tygrides, ac morſus parant, celeritate eas præveniendo devincere. Et hac ve-

venatione olim ſe delectare ſolitus Imperator *Carolus Magnus*, unde & filios ſuos armis & venationibus exerceri voluit, uti apud Eginhardum *in ejus vita. cap. 17. & 22.* legitur.


Non minus Aucupium ſimilem in diſciplina militari ſpeciem haber, diſponit namque Juvenum Comitatum, equitum quaſi alas adjicit, indagatores cum ſagaciſſimis canibus, quaſi milites levis armaturæ præmittit, qui aves terrore excitent, & ad venandum compellant, ſpeculatores in montium verticibus ſtatuit, qui volatum obſervent. Adſunt ſuo ordine, qui elata ſiniſtra manu accipitres ſervent, adverſusque volantes alites artificii jactu eos dimittant. Alii ſurgentem eò terra volucrem, quamprimum reperiunt: Alii per apertum volantem invadunt: Alii in ſublime ſeſe efferentem, deinde ſinguli vocati, ſibiloque allecti ad notam proprii heri Lævam redeunt &c.

Clarius hic luſus Nobilis cognoſcitur ex Klockio *tr. de AErario lib. 2. cap. 5, num. 110.* Eoque Germaniæ præſertim Principes voluptatem capiunt, Sacratiſſimus inprimis Imperator noſter Carol. VI. Laxenburgi in Auſtria. vid. Mylerus ab Ehrenbach

bach *in Hyppochologia cap. 12. §. ult.* Oldenburg. *tr. de Jurisdict. lib. 4. §. 18. pag. 461.*

Nec minor in *piscatu* voluptas reperitur mirifica, dum fugientes cum Mari aut flumine pisces venamur, fluctibus tectos extrahimus reti vel calamo levi esca circumposita suspendimus & captamus. add. Pufendorff. *de Jur. Nat. & Gent. lib. 4. cap. 6. pag. 6.* Besold. *lib. 2. de Jurib. Majest. sect. 3. cap. 7.*

Quâ consideratione accersus aliquid de hoc exercitio venandi egregio, & planè Regio, Methodicè conscribere lubuit, licet enim me venatorem inter *Nemora* & Lucas non profitear, quid tamen juris circa venationem obtineat, in *Parnasso* profiteri licebit, & *ferarum jura venari.*



SUP-

SUPPLEMENTA.

Fol. 175. ad verba : *Rammler genannt*, addatur : de ejus differentia, *von der Häsin*, Illustris Anonymus *in Tractatu: Die Par-Force-Jagd der Hasen. cap. 1. fol. 16.* ibi : *Ein Rammler hat &c.*

Fol. 176. lin. 2. post verb. *pag. 18. & 19.* inseratur de leporis astutia add. laudatus modo Tractatus *cap. 2. pag. 22. & seq.* Ita porrò Arnolfus Cæsar Romam diu frustra obsessam per occasionem Leporis fortè in urbem refugientis cœpit, de quo vid. Celeberr. Forstnerus *in not. Polit. ad Corn. Tacitum. pag. 151. Wie ein Jagd-Hund beschaffen seyn solle.* add. laud. Anonym. *c. 4. fol. 26. fol. 198.* add. ad verb. *besessen*, aut. dict. *daß einer von diesen dreyen JEDER geheissen, der die seine geessen.*

Fol. 199. pag. antepenult. Ante Verbum Regi add. vid. omninò Johannes Loccinius in Peculiari Tractatu de re publica apum *cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

Fol. 200. lin. 12. add. lib. 1. Samuelis *cap. XIV. 29.* & Voss. *dict. Tract. lib. 4. fol. 1579.* item *cap. 91. fol. 1313. & cap. 92. fol. 1618.* ut & *cap. 88. fol. 1597.* Ubi per mel vires refici, & quod etiam vim habeat maximam in putredine arcenda, & quod Athriditi, *(der Gliederſucht)* remedium quoque à melle sit, tradit, & mel quoque tussi prodesse monet dict. *l. 4. c. 83.* *Fol. 1589.* Mel quoque grassos humores abstergere

gere docet. de ceræ etiam uſu vid. Voſſ. *dict. lib. 4. cap. 91. fol. 103.* Cujus etiam uſus in fugandis tenebris, Voſſ *cap. 92. fol. 1618.* Magno etiam amore ſe invicem proſequntur apiculæ, vid. omninò Voſſ. *lib. 4. fol. 1557.* Ubi exempla adducit. *fol. 1611.* Apes etiam proſunt rei veſtariæ, nam purpura melle conſervatur, Voſſ. *dict. Tract. cap. 90.* Eſt etiam vis mellis in vulneribus Voſſ. *dict. lib. 4. cap. 87. fol. 1603.* ubi etiam concuſſioni membrorum apes prodeſſe notat. *pag. ſeq. fol. 165.* poſt verb. *wie ein Held* inſeret, elegans apologus de Erinaceo & lepuſculo.

Erinaceus ad lepuſculi cavum acceſſit, rovagitque hoſpitium, cui lepuſculus miti reſponſo: Doleo, inquit, mi frater, quod te cogar excludere, veſtis tibi nimis eſt hiſpida, ſub uno tecto, quod facile conjicias, profecto non conveniremus. Mi optime, inquit Erinaceus, ſi de mea ſolum veſte lis ſit, hoſpitium, ſpero, non negabis. Ita me contrahere poſſum, ut me ipſo minor ſim, quicquid aculeorum eſt: velut vagina condo, ut neminem lædam. Quod ſi bellum ingruat ducem me ſimul & militem habebis, pro te meque pugnabo. Quicquid porrò lepuſculus objecit, id Erinaceus verbis tam blandis refutavit, ut demum hoſpitio receptus ſit. Sed non diu novus hic hoſpes naturam diſſimulavit, aculeos ſenſim laxavit, atque hic quantum potuit, dilatavit. Hic lepuſculus, ôhe frater, inquit, hoc quidem pacto & promiſſa tollis! At Eriuaceus, irridens hic meus eſt mos. inquit, ſi cui non placet, exeat. Ergo vide cui fidas. Berſandius *de venat. hominum cap. 19. fol. 180.*

IN-



INDEX.

Ha-

Ad

de

de

Ves

S. D. G.





I. N. J.

CAPUT I.

De Definitione Venationis.

Thes. I.



Vox *Venationis* derivatione tàm grammatica quàm Logica dicitur à verbo venari, quod est feras capere, persequi. *Jagen oder das Gewild verfolgen.* Dn. Textor *differt. de jure Venandi. th. 3.* Hoc autem suam debet originem voculæ *Vena*, siquidem Venatoris officium est terræ quasi venas, feras indagari, fallere atque circumretire. Easque è subterraneis specubus sagacitate canum excitare. Buling. *de venat. circ. c. 8.* Joh. Joachim. Zentgrav. *de jure venandi. th. 21.* add. Joh. Harpprecht *ad* §. *12. Instit. de rer. divis.* Denotat autem ea in sensu *Improprio* I. venationem hominum eamque iterum in bonam partem, veluti cum Apostoli dicuntur venari apud Matth. IV. 19. Marc. I. 17. Luc. I. 10. Vel in *malam*, quæ vel *oppressiva* hominum tyrannica, vel *adulatoria*, vel *arenaria, Illa*, quæ verius prædatio dicitur Jerem.

XVI. 6. Mich. VII. 2. est, qua ex libidine dominandi, quæ prima belligerandi causa fuit, minor majorem sacco includit. *Da der Starckere den Schwacheren in den Sack schiebet.* Quo sensu Nimrodus Chami nepos à Mose venator robustus coram Deo appellatur, Gen. X. 9. quod primus fuerit, qui non contentus suis finibus, maximam gloriam in maximo imperio putans arma foris extulerit, & ad bellandum rudes ceu feras bello persecutus oppresserit. Can. non est peccatum *n. 3. his itaque, dist. 6.* add. Diodorus *rer. antiquar. lib. 3. cap. 1.* Josephus *antiquit. judaic. lib. 1. cap. 1.* Augustin. *de Civit. Dei XII. cap. 4.* Cornel. Tacit. *lib. 15. annal. cap. 44.* Tabor *in not. ad. C. J. A. ad tit. de A. R. D. d. 6. n. 10.* Joh. Otto apud Fritsch. *pag. 281.* Sebast. Medices *de venat. piscat.* & *aucupio: p. 1. qu. 1.* Georg Mohr *de jure venandi. part. 1. cap. 1. num. 4.*

Et aliàs Belligerantes hoc sensu venari dicuntur, prout Bellum etiam nihil aliud est, quàm Dei Rete in quo capiuntur homines. Ezech. XII. 13. & XVII. 20. & XXII. 3. add. Esaiæ V. Reinking. *in Biblischer Policey. axiomate, 123. pag. 361.* Ubi comparationem belli cum venatione sequentibus verbis notat: *Dann wann grosse Herren eine Jagd halten wollen, so stellen sie die Garn und Jag-Tücher oder Netze, bringen durch die Hunde und Jäger das Wild mit grossem Hauffen zusammen in das Jagen und in das Garn, lassen es hernach auf den rechten lauff treiben, stehen mit ihren Spiessen und Rœhrern mit starcken Hunden und Doggen, geben einem nach dem andern einen Fang oder Schuß, fallen*

und

und reissen sie darnieder, führen theils lebendig hinweg zu ihrem Lust, biß alle gefangen. Also macht es auch GOtt in seinen Jagen, da müssen seine Jager, das seynd die Tyrannen und Gewaltige, so grosse Kriegs-Heer sammlen, und damit zu Felde auf das Jagen ziehen, alles was sie antreffen niederhauen, erschießen und erwürgen, biß Er gebeut, daß sein blutiges Rach-Schwerdt wieder in die Scheide fahre.

Es nennet daher GOtt den Krieg auch ein Schlacht-Opffer, welches Er zuberaitete, die Tyrannen und Würger aber seynd darzu geladene Gaste. Zeph. I. 8. Imò in hac significatione etiam ipse diabolus Venator dicitur: Pf. LXXXXI. 3. vid. etiam *Can. 4. distinct. 6.*

Arenaria nihil aliud est quàm decertatio cum bestiis, uti Romæ in theatris & Amphitheatris tales fiebant Venationes, *Kampff-Jagen oder das Spectacul-Jagen*, de qua in *l. 10. ff. ad L. Jul. de vi publ. lib. 1. de postulando.* ibique Brunnemann. *Nov. 105. cap. 1.* Lipsius *c. 1.* Saturnal. *lib. 4.* Rufinus *antiquit. Rom. lib. 5. c. 24.* Liv. *lib 9. Dec. 45.* Joseph. *lib. 2. de bello judaic. cap. 16. Moschis* hodiemum haud infrequens, uti quidam rustici cum ursis cicuratis pro recreatione Legatorum & earum nationum instituunt vid. Bruckm. *tract. de venat. cap. 3. num. 9.* erant de hinc *arenarii*, qui non sine vitæ periculo in arenam pro mercede descendebant, Pugnaturi, cum bestiis. vid. Lipsius *lib. singul. de Amphitheatro cap. 2.* ob quod sordidum vitæ genus infamia notabantur & honestorum convictu indigni habebantur: *l. 1. & 2. §. f. ff. ex*

A 2 *quib.*

quib. caus. infam. lib. 1. §. 6. ff. de postulando. B. Strycke in *dissertat. de Civilitate nocīva. cap. 3.* §. 7. Basilii Fabri Sorani *Thesaurus Erudit. Scholast. in verbis bestiarii.* Jure Canonico ars hæc nequissima dicitur & adeò reprobata ut & Spectatores mortalis peccati reos arguat. *can. 8. 9. & 10. dist. 86.* add. Ziegler. *tr. de Episc. l. 10. v. 19.*

Adulatoria Venatio de qua Imperator *in Nov. 14. in præfat.* est, quâ quis verbis blandis & mellitis alium veluti inescatum & irretitum defraudat & circumvenit, & lenonibus propria est: Georg. Mohr *de jure venand. pag. 1. c. 1. num. 7.* quàm adulationem quoque ad histriones, capri mulgos, parasitos *Geld und Schalcks-Narren* referunt, quibus solennis sit hæc ars: vid. Bruckm. *d. cap. 3. num. 3.* add. Arumæus *in discurs. publ. vol. 3. disc. 19.* Sebastian. Medices. *d. tr. de venat. p. 1. qu. 1.* Egregium *Terentiani* Illius *Gnathonis* exemplum sequuti asserentis: *quicquid dicunt laudo, id rursum si negant, laudo id quoque, negat quis, nego; ait; ajo: postremo imperavi Egomet mihi omnia assentiri.* Conspiciuntur tales hodienum in Aulis præcipuè Magnatum, quorum favori & gratiæ velificantur, quo nihil perniciosius. Scitè in hanc rem, Curtius *l. 8. de reb. gestis* Alexandr. magni. *c. 5. n. 6.* *Adulatio perpetuum malum est Regum, quorum opes sæpius assentatio quàm hostis evertit.* Ideò Galli ejusmodi verborum lenocinia vocant *courtoisies*, nostri *Hœfflichkeiten*, & qui iis utuntur *courtoisans*, *gens courtois*, *hœffliche Leuth*, à vocula *court.* nostris *Hoff*; quæ Aulam Principis denotat: Nam nunc

Ca-

Comitas vocatur ipsa adulatio: Appellantur etiam ab hodiernis pseudo politicis, de quorum essentia creduntur Complimenten: Gallis Compliments quod (si ludere licet) compleant mentis seu animi defectum: unde un Complimenteur quasi un *accomplimenteur*: i. e. qui perfectè novit artem mentiendi. Galli, Itali, aliæque plures nationes in his verborum præstigiis non minimam Civilitatis & eloquentiæ portionem constituunt. Germanis verò & maximè Helvetiis ob nativum animi Candorem, semper in vitio fuit. Hinc Galli cum aliquid sincerè affirmant, utuntur formula *Jele dis en foy d'Allemand*, & Germani: *ich sag es gut teutsch*. In terminis Christoph. Feschius *dissertat. de re venatoria th. 2.* Est & aliud genus Venationis analogicum quod Ille Poëta per sequens distichon salsè expressit.

In Sylvis densis venor bis quinque catellis,
Quod capio perdo quod non capio mihi servo.

Thes. II.

In *sensu* autem *genuino* & nostro accepta, nobis est *Venatio*, in genere & propriè *die Jages Gerechtigkeit, Jus feras bestias in libertate sua naturali relictas consectandi & occupandi. Dico Jus, i. e. Facultas & potestas legitima* seu *Jure concessa*, quo sensu jus in legibus nostris aliàs accipitur. Sic *Ususfructus*, dicitur jus utendi, fruendi, *Iter* jus eundi, *Actus* jus agendi & similia *l. 1. in pr. ff. de servit. præd. rustic.* junct. *tit. Inst. de servitut. Rust. & urb. præd.* & *tit. de usufr.* vid. Ahasv. Fritsch. *in appendic. corp.*

corpor. Jur. Venat. im Bericht, wie fern das Jagen recht oder unrecht seye. *Quale* autem *sit Jus*, de eo mirè variant Dctres. *Alii* enim venationem ad *servitutem* pertinere existimant, eamque *realem* seu prædialem dicunt. Quos interest Mev. *Part. 3. dec. 95.* cum Gailio *lib. 2. Obs. 66. num. 7.* Zasius. *lib. 2. Consil. 6. num. 30.* Meichsner. in *decis. Cam. Imp. Tom. 3. dec. 33.* B. Dn. Maurit. *Consil. Chilon. 1. num. 13.* Pluresque alii relati à Klockio *de Ærario, lib. 2. cap. 5. num. 3.* Alii ad *Personalem* eam referunt, ut Bruckmann. *d. tr. de Venat. cap. 2. §. Venatio. num. 12.* Quibus tamen alii contradicunt, & dicunt, utut venatio similitudinem habeat cum servitute, eam tamen propriè non esse servitutem. Non prædialem, dùm hæc debeatur prædio sc. dominanti à prædio serviente §. 3. *Inst. de Serv.* *Jus* autem *venandi* aliquando quis habeat, qui tamen nullum prædium possidet. vid. Hunnius *de jure venandi. fol. 235.* & magis *inhæreat Personæ*, quippe quam persona per investituram consequatur, nec conducat ad ipsiusmet prædii utilitatem & meliorationem, ut inde melius & utilius efficiatur vel conservetur, quod tamen itidem in hac servitutis specie requiratur. *in l. 15. pr. ff. de servitut.* Sed venationis utilitas obveniat domino, sit jus impositivum & prædio non accedat intrinseca bonitas, neque ita inhæreat, ut ad quemcunque possessorem transeat, quod tamen faciat & exposcat servitus talis, imò non concedatur *Jure servitutis*, si quis de hoc jure investiatur, sed *privilegi* vel *no-*

va

va Concessionis : Et, quòd conditionem prædii servientis naturalem imminuat; *Fundi* autem Conditionem naturalem per venationem non minui, & hactenus assimulari servitutibus, quatenus alter in meo venetur, & ego non, sed hac ratione constare, libertatem naturalem mei prædii non minui, ut ita nec hoc intuitu etiam servitus esse possit. Nec etiam *Personalem* eam esse, quia si esset hujus qualitatis, deberet esse *ususfructus*, quod tamen non sit, dùm in usufructu dominus proprietatis nihil quicquam habeat, & in jure venandi contingere posse, ut uterque habeat jus in venatione, add. *l. 26. ff. de usufr.* Bocer. *ad Inst. de R. D. §. 12.* Deinde, quia jus venandi perpetuum sit, & ad hæredes transitorium, sicuti notissima Germaniæ consuetudo testetur, quæ ratio maximi debeat esse momenti, cùm nulla servitus Personalis aut ususfructus in hæredes transeat, ex §. *3. J. de usufr. l. 2.* Pt. *si servitut. vindic.* vid. Dn. Textor. *d. diss. de jure venandi. th. 14.* & omninò Bocer. *tit. de usufr. num. 4.* Itaque quando Princeps concedat privato Jus venandi, quod fit vel ex speciali concessione seu privilegio, vel titulo feudi aliave justa causa, e. gr. permutat. vendit. locationis, vid. Dn. à Seckendorff *im teutschen Fürsten - Staat. Regal. 3. Part. 3. pag. 406.* ibi : *Edelleuth, auch Wohl Burgern in Stadten*, jung. Gail. *2. Obs. 66. num. 6.* Finckelth. *disp. Feudal. 4. controv. cap. 18.* Müller ab Ehrenbach *de Stat. Imperii. cap 73.* Struv. *Ex. ad Exerc. 41. th. 10.* Ziegl. *de Jurib. Maj. l. 2. c. 14. §. 27.* tunc videatur reditum esse quasi post-

liminio ad Jus Naturæ & Gentium. Joh. Harpprecht *ad d. §. 12. Inst. de R. D. n. 138.* Bachov. *ad Tr. v. 2. disp. 20. th. 3. lit. C.* Strauch. in *dissert. Justin. 6. th. 3. in fin.* *Alii* id tum à *Personalibus* tùm *Realibus* servitutibus segregandum & *pactis personalibus* aggregandum censent. *Ut* Gail. *d. loc. allegat.* Bocerus autem *cit. loc. refutat.* *Nonnulli id servitutem Jurisdictionis vocant*, quos inter Sebast. Medic. *de venat. piscat. & Aucupio. p. 2. qu. 2. num. 5.* Thomas Merckelbach *apud Klock. Tom. I. Consil. 8. num. 37.* quibus pariter laud. Bocerus respondet, Rursus *alii servitutem innominatam*, venationem nominant, vid. Brunnem. *ad. lib. 8. ff. de servit. num. 3. & 4.* B. Dn. Collega noster Dr. Harpprecht *in diss. de venat. precar. th. 11.* add. Cothm. *vol. 3. Resp. 49. num. 114. & seqq.* Verùm, ut *nostram sententiam* aperiamus, *censemus*, *primam* dissentient. *opinionem*, quod venatio non sit servitus *prædialis*, tunc veram esse & procedere, si Jus venandi ad *Personæ* solius, non autem *prædii* utilitatem in prædio procul dissito, constitutum sit. Cùm autem fieri possit, ut venatio in prædio alieno proximo, ad utilitatem prædii vicini hoc modo concedatur. *v. gr.* Si Princeps ita venationem permittat, ut quicunque hoc castrum possideat, possit ad sui familiæque suæ commodum & sustentationem in prædio ejus vicino, venari, non videmus, cur talis servitus *realis* constitui nequeat. *arg. l. 3. pr. ff. de S. P. R.* præsertim, cùm ob hanc commoditatem prædium plus æstimetur & carius veniat. vid.

C.

C. I. A. de A. R. D. in specie de venatione, n. 14. Et, quàmvis etiam hoc largiamur, *non omnem venationem* esse *Jus Personale*, tamen dubium non est, posse dominum alteri *personæ* ad dies vitæ saltem hoc Jus constituere, nihil enim novi est servitutes reales tali facto fieri personales *per l. 4. 6. & 37. de S. P. R.* Cur non ergò & venatio in hunc modum concedi non posset? *imprimis*, si consuetudinem Germaniæ respiciamus, de qua testatur Gail. *d. num. 13.* quòd scil. venatio ex consuetudine Germaniæ sit servitus Realis. add. Klock. *p. 1. consil. 16.* Et potest etiam aliquando hoc *Jus Regal. connumerari.* vid. *C. J. A. d. l. &* Dn. Colleg. Dr. Schweder. in *J. P. part. spec. sect. 2. cap. 15. §. 13.* neque tamen semper, C. J A. *d. tit. 1. lib. 41. de A. R. D. th. 14.* B. Bardili *concl. forens. Exerc. 16. th. 5.* uti moribus communiter Regalibus accensetur satis hoc inter alia probantibus investituris, quibus Regalia conceduntur expressam ejus inter alia mentionem facientibus clausula in iis frequentatissima *mit Wilden, Wild-Bahn-Jagden.* Struvius in *S. J. Feud. cap. 6. aph. 32. n. 3.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 18. num. 33. 46.* Noë Meurer. *von Forst-Recht §. 5.* Beckm. *in usu pract. J. F. Ex. 7. pag. 189.* B. Dn. Frommann. *de Condominio territorii. c. 6. th. 36.* Brunnem. *ad l. un. C. de venat. ferar.* Carpz. in *J. F. Part. 3. Const. 32. def. 17.* Knipschild. *de Jurib. Civit. Imp. lib. 2. c. 7. n. 8. & seqq.* Jus ergò hoc venandi ad unam speciem Juris referri non potest, sed, si velimus nos ex his spicis extricare, *res distinctione expedienda* est, ut

dicamus, quòd qui venentur, ex permissu Gentium, *ii citra* servitutem venari dicantur *Jure proprio.* Si *territoriorum domini*, quòd hoc faciant, *Jure Imperii*, vel *Superioritatis vel Regale* sit hoc Jus, quatenus etiam de hoc Regali aliqui investiuntur. vid. C. J. A. *d. l.* Struv. in *S. J. F. cap. 6. aph. 28. art. 11. num. 3.* Klock. *Tom. 1. consil. 5. num. 228.* Sixtinus *de Regalib. lib. 2. cap. 16. num. 13.* vid. Brunn. *cent. 4. decis. 24. n. 4.* Carpz. *in J. F. p. 2. Const. 3. d. 25. num. 3.* Richter. *Part. 1. dec. 16. num. 3.* Finckelth. *Observat. 41. num. 4.* diss. acriter Bocer. *tr. de Jure & commodo Senior. lib. 2. c. 2. num. 48. & mult. seqq.* add. *tract. de Regal. cap. 1. num. 30. & seqq.* vid. Knipschild. *de Jurib. & privileg. Civitat. Imperial. lib 2. cap. 7.* [*num.*] 2. & Dn. Colleg. Dr. Schweder *in Part. Spec. J. P. sect. 2. cap. 15. th. 12.* add. Rhetius *in Inst. J. P. l. 2. tit. 18.* Carpz. *in Jur. Forens. part. 3. constit. 32. def. 17.* vid. Frideric. Bruckm. *tr. de venat. c. 1. & 2. ubi venationem simpliciter jus personale esse statuit. n. 12. & seq. Feudale*, si in Feudum acceperit, *wann einer mit Forst- und Jagd-Recht belehnt wird*: vid. Knipsc. *de jurib. Civit. Imper. l. 2. c. 7. n. 17. servitus personalis*, si certæ Personæ concessum sit, ut e. g. vicinus nobilis pati debeat ut alter in ejus fundo venetur, *arg. d. l. 26. ff. de usufr. Jus* verò *separatum*, si ut conductum vel precariò concessum veniat, C. J. A. *d. loc.* Kolb. *de venat. Concl. 14.* Ludwel. *de Feud. pag. 277.* Tabor. *ad C. J. A. d. t. p. 567.* unde errant, qui ad unam speciem reducere conantur. Ante omnia autem, quid inter partes con-

conventum, vel longa *consuetudine*, vel *præscriptione* observatum, attendendum erit, Gail. *2. Observ. 68.* Harpprecht. *ad d. §. 12. J. de R. D. n. 277.* Schulz: *in disp. de Jure venandi cap. 2. §. 16.* add. Knipschild. *d. l. n. 8. cum seqq.* dist. etiam inter primam constitutionem & propagationem, ab initio non nisi ex concessione principis, sed effectus concessionis potuit factus esse, ut jam non amplius dependeat.

CAP. II.

De Divisione Venationis.

Th. I.

D*Efinitionem* excipit nunc *Divisio Venationis.* Cùm autem feræ bestiæ quæ capiuntur, vel sint *Agrestes* in terra, vel *Aquatiles* in unda, vel *Volatiles* in aëre. vid. Knipschild. de *jurib. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 30. & 33.* Ideò pro hâc triplici ferarum differentia ea quoque *triplex* est, sc. *venatio in specie sic dicta. Piscatio* & *Aucupium* in *§. 12. Inst. de R. D.* ibique DDres. *l. 3. §. 1. de A. & A. P. l. 3. §. 15. l. 9. §. 5. ff. de usufr.* Knichen. *in Oper. Polit. cap. 3. th. 11.* conf. Dn. à Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat, P. 3. Reg. 5. n. 2.* Hic autem usitata *Quæstio* examinanda venit. *Utrum Princeps, qui jus venandi alicui in certo territorio concessit, intelligatur in simul Jus aucupii ibidem concessisse?* Quod negandum censemus. Cùm venatio &

& aucupium separata & distincta sint, substantia & qualitate, & ob id distinctis quoque nominibus appellentur. *l. si idem.* §. 7. *ff. de Codicill.* separatorum autem separata est ratio, in quibus de hinc ab uno ad alterum argumentari non licebit. *l. fin. in fin. de Calumniat. l. cum autem. l. non id circo. ff. de N. G.* Et, licet *venatio in specie sic dicta* in majori pretio & præstantior sit *aucupio*, ut adeò cui concessum sit majus, minus etiam modis omnibus concessum censeatur, non tamen exinde validè infertur, sub hâc venationis concessione seu de re diversa, aucupium quoque comprehendi. *arg. l. solemus.* §. *latrunculat. ff. de Judic. l. solent. ff. de offic. proconf. l. 1. ff. cui mand. est Jurisd.* accedit, quod, si concedens etiam aucupium concedere voluisset, is id facilè, vel uno verbo exprimere potuisset, quod, dùm non fecit, colligitur omninò eum de venatione tantùm, excluso aucupio, sensisse, ut hîc non expressa pro omissis & neglectis habenda sint, quo conducit *textus in l. 99. & l. 126.* §. 2. *ff. de V. O.* vid. Noë Meurer. *de jure venandi p. 2. Ob der Hohen Obrigkeit die Forstliche anhange*, vid. Wehner. *Observ. Pract. Voc. Forst-Recht. fol. 5.* B. Dn. Colleg. Harpprecht. *de venat. precar. pag. 45.* Et hoc ex iisdem rationibus etiam de *Piscatione* affirmandum erit. Laudat. Colleg. *d. loc.* ubi vid. plura. add. *C. J. A. de A. R. D. n. 21, p. 11.*

Dividitur etiam ulterius *Venatio* ratione *objecti* in *superiorem* seu majorem, *die Hohe Jagd*, qua licet venari majores feras, *das rothe und schwartze Wild-Bret*, & *inferiorem* seu minorem, *die niedere Jagd*, qua mi-

minores seu minoris notæ feras venari licet, quo referunt lepores, vulpes &c. *Erneuerte Wurtembergische Forst - Ordnung Part. 3. tit. von Hasen und Füchsen,* quas etiam *Stiebend-und fliehend Wild-Bret* vocant. *Forst-Recht* Noë Meur. *Part. 4. p. 70.* add. Knipschild. *d. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 26.* Illustris Dn. à Seckendorff. *im teutschen Fürsten- Staat. p. 3. cap. 3. reg. 5.* capreæ autem *die Rehen* referuntur inter majores feras nisi experientia & observantia aliud velit. vid. Tabor in *Racemat. crimin. ad art. 169. Ord. Crim. in responso Epistolari quæst. 1. pag. 277.* Knipschild. *d. c. 7. num. 29.* Feræ *majores* rursus in duplici sunt differentia: nimirum *Roth und Schwartz Gewildt. Illuc* refero cervos, *huc* verò apros LL, Bajuvarior. *tit. 29. P. 7.* Ruland. *de Commissar. Part. 4. lib. 2. cap. 8. num. 55.* Mohr *de jure venand. P. 2. cap. 1. num. 8.* De *ursis* quid sentiendum, vid. apud Knich. *de vest. pact. part. 2. c. 8. num. 39. & seqq.* Alii feras terrestres generaliter etiam dividunt *in Hoch-Roth und Schwartz & Nieder Roth und Schwartz Wild-Pret,* Wehner, *pract. Observat. verb. Forst - Recht.* Et à peritis etiam aliæ passim audiuntur harum ferarum distinctiones secundum locorum qualitatem & consuetudines. Meichsnet. *d. decis. 42. Part. 1. pag. 719.* add. Arumæus *in Jur. Publ. vol. 3. discurs. 19. p. 136.* Dividitur etiam in *clamosam*, quæ fit clamore & clangore, & *quietam*, Mohr *d. tr. de jure ven. p. 1. num. 45.* vid. etiam Illustr. Dn. à Seckendorff *d. tr. reg. 5. qu. 2. p. 403.*

Thes. II.

Thes. II.

Ita porrò ratione *concessionis* Venatio alia est *Locata*, *Commodata*, *Donata*, *perpetua*, alia *precaria*, vulgò *ein Gnaden-Jagen*, *auf gewisse Zeit.* laud. Collega Harpprecht. *de venat. precar. thes. 42. p. 60.* Cujus naturam apprimè executus est. Dn. Fritsch. in *Corp. Jur. venat. Forestalis. de venat. precar. pag. 220. & seqq.* ubi etiam formulas concessionis exhibet, quod etiam fecit *Bes. in th. pr. voc. Jagden.* Ut autem Principes ob Concessam Venationem saltem precariam de Jure suo securi reddantur, accipiens literas *reversales* dare tenetur, in quibus profitetur se venationem in certo districtu ex mera gratia accepisse, simulque promittit, quòd nullo unquam tempore sub alio titulo eam sibi arrogare, vel aliter, quàm sibi nominatim concessa est, venationem exercere velit, & Domino liberrimam, eam pro arbitratu revocandi, facultatem transscribit, quæ optimè confirmat Noë Meurer. *tr. Von Jagd- und Forst-Recht*, quando scribit: *Zu Zeiten begibt es sich auch, daß etwan gütlich um mehr Friedens, oder um etwas Nachlassung willen, oder aber die Hœltzer und Jagden so gar entlegen, und also nicht wohl zu bejagen und zu handhaben, und damit nicht andere benachbahrte sich derselben gebrauchen, in ein* possession *dardurch heimlich eintringen, eine Herrschafft aus Gnaden und angeregter Ursachen, auf einen* revers, *sondern Persohnen, ein sonder Bezirck und Platz, den mit einer Maaß und solcher Form, die*

die doch nach Verleyhung jederzeit zu andern, zu bejagen eingiebet. tit. *Von. aus Gnaden durch einen* Revers *zugelaßenen Jagens-Gebrauch. p. 31.* ubi & ejusmodi Reversalium formulæ inveniuntur. Et hac venatione gratiosa, vel si etiam in feudum sit concessa, venatio tamen eo jus venandi feras majores concessisse non intelligitur Princeps, sed nihilominus expresse hi concessionarii sibi concessum probare debent; Cùm non præsumendum sit Principem venationes majores simul concessisse. *arg. cap. fin. Ex. de offic. vicar.* Rhetius *in Instit. Jur. publ. lib. 2. t. 18. p. 6. & 7.* Gail. *l. 2. observ. 66. num. 7.* Einsidel. *tract. de Regal. cap. 3. num. 372. & seqq.*

Ex *modo venandi* variè moribus *dividitur*, quòd alia Venatio sit, quæ fit *canibus*, alia quæ fit *bombardis*, *mit Pürschen und Schüssen.* Wehner. *Observ. verb. Forst-Recht.* Carpz. *dec. 287.* alia venatio est quæ fit *Zonis*, *mit aufgespannten Tüchern und Garn.* Ludov. Dieteric. *ad Thes. pract.* Besold. *in addit. ad voc. Jagen.* B. Mauritius *in Consil. chilon. 1. num. 10. & seqq.* add. Anonym. *d. l.* Alia Venatio fit feram bestiam v. gr. cervum vel capreolos continuo cursu *defatigando, die par força Jagd.* Berger. *de jure venandi feras. cap. 1. pag. 16.*; add. d. Anonym. *cit. loc.*

Thes. III.

Datur etiam Convenatio seu simultanea Venatio, *die Kuppel-Jagd, die Sammet-Jagd, Mitt-Jagd*, quâ in alieno fundo cum ipso domino vel tertio quodam

dam' *ſimul* venari licet. Et differt dehinc à *communi* Venatione, quæ eſt in communi & noſtro. vid. Fritſchius *de Convenatione in corpore juris venatorio foreſtalis per tot. fol. 213. & ſeqq.* add. Seckendorff. *im teutſchen Fürſten-Staat cap. 3.* & competit *diverſimodè*, vel ita, ut convenatio exemplo juris compaſcui ſit mutua ac reciproca, quod plerumque fit quando duorum vicinorum agri ſunt intermixti, *auff denen vermengten Feldern und Güthern*, vel competit non reciprocè. laud. Fritſch. *d. tract. membr. 2. cap. 4.* ubi etiam ſimultaneam venationem ita duobus competere monet, *uni* qui jurisdictione munitus ſit, *alteri* cui quidem nulla jurisdictio fundi, Venatio autem jure quodam ſervitutis ad vicinos pertineat. addatur *der kluge Beambte.* apud Fritſchium *vom Jagd-Forſt-Recht. fol. 697. & ſeq.* ubi addit: *Daß wegen des Fangs in acht zu nehmen, ob beede Kuppel-Jäger zugleich jagen, oder ein jeder vor ſich: daß erſten falls das gefangene in gleiche Theil zu theilen, lezteren aber einem jeden das von ihm gefangene zu laſſen*; ubi etiam quærit: *Ob einer der Kuppel-Jagd wider des anderen willen aufſſagen kœnne?* quod aſſerit ſi ea concesſa ſit ex amicitia & benevola voluntate, ſecus verò ſi per præſcriptionem ea acquiſita ſit, cum Fritſchio *d. tr. membr. ult. num. 8.* quomodo ratione *loci* & *temp.ris* dividatur venatio? videatur Hunn. *de Venatione. th. 4.* apud Fritſchium *fol. 229. & ſeq.*

CAPUT III.

De causa Efficiente Venationis Remota.

Thes. I.

CAusa *Efficiens* Venationis est vel *Remota*, vel *Proxima*. Ad Remotam referuntur varia illa jura quibus Jus Venandi indulgetur, quorum primum est *Jus Divinum* Genes. cap. I. 26. 28. & 30. & cap. IX. 2. cap. XXVII. 5. Levit. XVII. 13. Psalm. VIII. 8. & 9. Psalm LXXIV. num. 14. I. Reg. IV. 23. Paulus I. Corinth. XV. 27. Etiam *naturale*, namque natura, non tantum rerum fructus, *l. 32. ff. de rer. divis.* sed etiam res ipsas hominum gratia producit. *l. 26. de usur.* Ut & *Civile*, quod concedit liberam venationem Domino in fundo proprio §. *12. tit. de R. divis. l. 3. P. de A. R. D.* ut & bonæ fidei possessori, *arg. l. 136. de R. J. l. 28. ff. de A. R. D.* usufructuario. *l. 26. ff. de usufr.* vid. Tabor. *in not. ad C. J. A. l. 41. lit. S. num. 21.* Qui etiam venationem & aucupium non tantùm ipse exercere, sed aliis etiam licitè pro certa mercede vel gratis concedere potest, & omni illi, qui jus venandi constitutum habet, sive ex contractu vel alio justo titulo *C. J. A. d. lib. 41. Lit. I. th. 12. num. 1.* Rusticis solummodò interdicitur. in *Constitut. Frideric. 2. F. 27.* Et

 Cle-

dam' *ſimul* venari licet. Et differt dehinc à *communi* Venatione, quæ eſt in communi & noſtro. vid. Fritſchius *de Convenatione in corpore juris venatorio foreſtalis per tot. fol. 213. & ſeqq.* add. Seckendorff. *im teutſchen Fürſten-Staat cap. 3.* & compe-tit *diverſimodè*, vel ita, ut convenatio exemplo juris compaſcui ſit mutua ac reciproca, quod plerumque fit quando duorum vicinorum agri ſunt intermixti, *auff denen vermengten Feldern und Güthern*, vel competit non reciprocè. laud. Fritſch. *d. tract. membr. 2. cap. 4.* ubi etiam ſimultaneam venationem ita duobus competere monet, *uni* qui juriſdictione munitus ſit, *alteri* cui quidem nulla juriſdictio fundi, Venatio autem jure quodam ſervitutis ad vicinos pertineat. addatur *der kluge Beambte.* apud Fritſchium *vom Jagd-Forſt-Recht. fol. 697. & ſeq.* ubi addit: *Daß wegen des Fangs in acht zu nehmen, ob beede Kuppel-Jager zugleich jagen, oder ein jeder vor ſich: daß erſten falls das gefangene in gleiche Theil zu theilen, lezteren aber einem jeden das von ihm gefangene zu laſſen*; ubi etiam quærit: *Ob einer der Kuppel-Jagd wider des anderen willen aufffagen kœnne?* quod aſſerit ſi ea 'conceſſa ſit ex amicitia & benevola voluntate, ſecus verò ſi per præſcriptionem ea acquiſita ſit, cum Fritſchio *d. tr. membr. ult. num. 8.* quomodo ratione *loci* & *temporis* dividatur venatio? videatur Hunn. *de Venatione. th. 4.* apud Fritſchium *fol. 229. & ſeq.*

CAP.

CAPUT III.

De causa Efficiente Venationis Remota.

Thes. I.

Causa *Efficiens* Venationis est vel *Remota*, vel *Proxima*. Ad Remotam referuntur varia illa jura quibus Jus Venandi indulgetur, quorum primum est *Jus Divinum* Genes. cap. I. 26. 28. & 30. & cap. IX. 2. cap. XXVII. 5. Levit. XVII. 13. Psalm. VIII. 8. & 9. Psalm LXXIV. num. 14. I. Reg. IV. 23. Paulus I. Corinth. XV. 27. Etiam *naturale*, namque natura, non tantum rerum fructus, *l. 32. ff. de rer. divis.* sed etiam res ipsas hominum gratia producit. *l. 26. de usur.* Ut & *Civile*, quod concedit liberam venationem Domino in fundo proprio §. *12. tit. de R. divis. l. 3. P. de A. R. D.* ut & bonæ fidei possessori, *arg. l. 136. de R. J. l. 28. ff. de A. R. D.* usufructuario. *l. 26. ff. de usufr.* vid. Tabor. *in not. ad C. J. A. l. 41. lit. S. num. 21.* Qui etiam venationem & aucupium non tantùm ipse exercere, sed aliis etiam licitè pro certa mercede vel gratis concedere potest, & omni illi, qui jus venandi constitutum habet, sive ex contractu vel alio justo titulo *C. J. A. d. lib. 41. Lit. I. th. 12. num. 1.* Rusticis solummodò interdicitur. in *Constitut. Frideric. 2. F. 27.* Et

Clericus à Venatione in specie dicta arcetur, ad piscandum tamen admittitur in *C, 1. & 2. x. de Clerico venatore cap. 1. & 2. dist. 34. Esau. 11. dist. 86.* forsan, *quia in scriptura non invenimus sanctum aliquem Venatorem. Piscatores autem multos, ut dicitur in auct. c. Esau.* Unde *Concilium Tridentinum* in *Decreto de Reformatione Generali*, statuit, *ab illicitis Venationibus & Aucupiis abstinendum dicementibus dignitates & prabendas in Ecclesiis Cathedralibus aut Collegiatis.* vid. Fritsch. *in suo tr. p. 319. Ea* tamen quæ fiat per *retia* aut *laqueos*, *conccessa*, quippe quæ non fit tam *Clamosa*, ut Illa, quæ fit cornu & armorum strepitu. vid. Caspar. Ziegler. *in tr. de Jur. Maj. l. 2. c. 14. §. 39.* B. Dn. Colleg. Harpprecht. *de venat. precar. pag. 26.* D. Stryk. *de abusu Juris cap. 6. num. 1.* & ad Brunnem. *Jus Eccles. lib. 1. cap. 6. membro. 10. ad verba* vitare deb. usum armorum Corvinus in *J. Can. lib. 4. tit. 32. de clerico venatore cum not.* Böhmer. Ziegler *de Episcop. lib. in. cap. 14.* Aretinus *de usu protestant. pag. 142.* Prohiberi autem venationem etiam Clericis protestantium, tùm ex ipsa honestate, tùm ex testimonio, monet Brunnem. *in J. E. l. 1. cap. 6.* & B. Stryke *in eundem lib. 10. §. 10.* qui tamen propter Jus prædiis annexum illam exercere per alios possunt. Aretin. *de usu protestant. pag 142.*

Et, quantum ad illas Eminentioris Conditionis *Personas Ecclesiasticas*, quæ simul *Imperii Principes* & *Status* sunt, ad Illos, quòd hæc prohibitio non pertineat, ipsa experientia satis probat, de hinc etiam jus forestale seu bannum Sylve-

veſtre, uti vocant, habent. Idque non qua Eccleſiaſtici, ſed ditionum ampliſſimarum domini, ac ſtatus ſeculares. Mor *de venat. part. 1. cap. 8. num. 64.* Gilm. *dec. 13. lib. 1.* B. Dn. Frommann. *diſſ. de Condomin. territ. p. 48.* add. etiam Cruſius *de Indic. delict. ſpecialib. p. 3. cap. 14. num. 5. & ſeqq. ubi de piſcatione Sacra non nulla, qua inciderunt memorabilia traduntur. An verò Vaſallus inveſtitus de Ducatu vel Comitatu jus venandi alteri concedere poſſit?* non *parùm controvertitur*, dubitationis cauſam præbet: quòd vaſallus uſum fructum in re feudali conſtituere nequeat. *arg. t. x. 2. F. 55. cap. 1. §. præterea.* quo etiam facit. *l. 2. §. uſusfr. ff. de reb. Commun.* Fachin. *in lib. 6. controv. 79.* atque venatio eſt in fructu. *l. 62. ff. de uſufr. l. 9. §. 5. l. 61. ff. ead.*

Accedit etiam *Illud*, quòd vaſallus rei feudali ſervitutem imponere non poſſit. *per l. fin. de reb. alien. non alienand. ubi proponitur Regula, quòd prohibitus alienare rem ipſam, prohibeatur etiam imponere ſervitutem rei,* vaſallo autem interdicta ſit alienatio. *d. c. unic. de prohib. feud. alienat.* Verùm quamvis ſervitutem venationis in re feudali alteri conſtituere nequeat, propter *c. 2. d. d. tx. in contrarium allegatos,* facultatem tamen venandi, & fructus venationis concedere cuivis poterit; cùm talis non conſequatur *Ipſum jus venandi* in re feudali, ſive *ſervitutem ipſam* venationis, ſed tantùm vaſallum *perſonaliter* obliget, adſtringatque, ut venationem in re feudali pati teneatur, quod à jure uſufr. eſt planè diverſum, *arg. l. 66. ff. de Jur.*

dicamus, quòd qui venentur, ex permissu Gentium, *ii citra* servitutem venari dicantur *Jure proprio.* Si *territoriorum domini*, quòd hoc faciant, *Jure Imperii*, vel *Superioritatis vel Regale* sit hoc Jus, quatenus etiam de hoc Regali aliqui investiuntur. vid. C. J. A. *d. l.* Struv. in *S. J. F. cap. 6. aph. 28. art. 11. num. 3.* Klock. *Tom. 1. consil. 5. num. 228.* Sixtinus *de Regalib. lib. 2. cap. 16. num. 13.* vid. Brunn. *cent. 4. decis. 24. n. 4.* Carpz. *in J. F. p. 2. Const. 3. d. 25. num. 3.* Richter. *Part. 1. dec. 16. num. 3.* Finckelth. *Observat. 41. num. 4.* diss. acriter Bocer. *tr. de Jure & commodo Senior. lib. 2. c. 2. num. 48. & mult. seqq.* add. *tract. de Regal. cap. 1. num. 30. & seqq.* vid. Knipschild. *de Jurib. & privileg. Civitat. Imperial. lib 2. cap. 7. num.* 12. & Dn. Colleg. Dr. Schweder *in Part. Spec. J. P. sect. 2. cap. 15. th. 12.* add. Rhetius *in Inst. J. P. l. 2. tit. 18.* Carpz. *in Jur. Forens. part. 3. constit. 32. def. 17.* vid. Frideric. Bruckm. *tr. de venat. c. 1. & 2.* *ubi venationem simpliciter jus personale esse statuit. n. 12. & seq.* *Feudale*, si in Feudum acceperit, *wann einer mit Forst- und Jagd-Recht belehnt wird*: vid. Knips. *de jurib. Civit. Imper. l. 2. c. 7. n. 17.* *servitus personalis*, si certæ Personæ concessum sit, ut e. g. vicinus nobilis pati debeat ut alter in ejus fundo venetur, *arg. d. l. 26. ff. de usufr.* *Jus* verò *separatum*, si ut conductum vel precariò concessum veniat, C. J. A. *d. loc.* Kolb. *de venat. Concl. 14.* Ludwel. *de Feud. pag. 277.* Tabor. *ad C. J. A. d. t. p. 567.* unde errant, qui ad unam speciem reducere conantur. Ante omnia autem, quid inter partes con-

conventum, vel longa *consuetudine*, vel *præscriptione* observatum, attendendum erit, Gail. *2. Observ. 68.* Harpprecht. *ad d. §. 12. J. de R. D. n. 277.* Schulz. *in disp. de Jure venandi cap. 2. §. 16.* add. Knipschild. *d. l. n. 8. cum seqq.* dist. etiam inter primam constitutionem & propagationem, ab initio non nisi ex concessione principis, sed effectus concessionis potuit factus esse, ut jam non amplius dependeat.

CAP. II.

De Divisione Venationis.

Th. I.

D*Efinitionem* excipit nunc *Divisio Venationis.* Cùm autem feræ bestiæ quæ capiuntur, vel sint *Agrestes* in terra, vel *Aquatiles* in unda, vel *Volatiles* in aëre. vid. Knipschild. de *jurib. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 30. & 33.* Ideò pro hâc triplici ferarum differentia ea quoque *triplex* est, sc. *venatio in specie sic dicta. Piscatio* & *Aucupium* in *§. 12. Inst. de R. D.* ibique DDres. *l. 3. §. 1. de A. & A. P. l. 3. §. 15. l. 9. §. 5. ff. de usufr.* Knichen. *in Oper. Polit. cap. 3. th. 11.* conf. Dn. à Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat, P. 3. Reg. 5. n. 2.* Hic autem usitata *Quæstio* examinanda venit. *Utrum Princeps, qui jus venandi alicui in certo territorio concessit, intelligatur in simul Jus aucupii ibidem concessisse?* Quod negandum censemus. Cùm venatio

&

& aucupium separata & distincta sint, substantia & qualitate, & ob id distinctis quoque nominibus appellentur. *l. si idem.* §. *7. ff. de Codicill.* separatorum autem separata est ratio, in quibus de hinc ab uno ad alterum argumentari non licebit. *l. fin. in fin. de Calumniat. l. cum autem. l. non id circo. ff. de N. G.* Et, licet *venatio in specie sic dicta* in majori pretio & præstantior sit *aucupio*, ut adeò cui concessum sit majus, minus etiam modis omnibus concessum censeatur, non tamen exinde validè infertur, sub hâc venationis concessione seu de re diversa, aucupium quoque comprehendi. *arg. l. solemus.* §. *latrunculat. ff. de Judic. l. solent. ff. de offic. procons. l. 1. ff. cui mand. est Jurisd.* accedit, quod, si concedens etiam aucupium concedere voluisset, is id facilè, vel uno verbo exprimere potuisset, quod, dùm non fecit, colligitur omninò eum de venatione tantùm, excluso aucupio, sensisse, ut hîc non expressa pro omissis & neglectis habenda sint, quo conducit *textus in l. 99. & l. 126.* §. *2. ff. de V. O.* vid. Noë Meurer. *de jure venandi p. 2. Ob der Hohen Obrigkeit die Forstliche anhange*, vid. Wehner. *Observ. Pract. Voc. Forst-Recht. fol. 5.* B. Dn. Colleg. Harpprecht. *de venat. precar. pag. 45.* Et hoc ex iisdem rationibus etiam de *Piscatione* affirmandum erit. Laudat. Colleg. *d. loc.* ubi vid. plura. add. *C. J. A. de A. R. D. n. 21, p. 11.*

Dividitur etiam ulterius *Venatio* ratione *objecti* in *superiorem* seu majorem, *die Hohe Jagd*, qua licet venari majores feras, *das rothe und schwartze Wild-Bret*, & *inferiorem* seu minorem, *die niedere Jagd*, qua

mi-

minores seu minoris notæ feras venari licet, quo referunt lepores, vulpes &c. *Erneuerte Wurtembergische Forst - Ordnung Part. 3. tit. von Hasen und Füchsen,* quas etiam *Stiebend-und fliehend Wild-Bret* vocant. *Forst-Recht* Noë Meur. *Part. 4. p. 70.* add. Knipschild. *d. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 26.* Illustris Dn. à Seckendorff. *im teutschen Fürsten- Staat. p. 3. cap. 3. reg. 5.* capreæ autem *die Rehen* referuntur inter majores feras nisi experientia & observantia aliud velit. vid. Tabor in *Racemat. crimin. ad art. 169. Ord. Crim. in responso Epistolari quæst. 1. pag. 277.* Knipschild. *d. c. 7. num. 29.* Feræ *majores* rursus in duplici sunt differentia: nimirum *Roth und Schwartz Gewildt. Illuc* refero cervos, *huc* verò apros LL. Bajuvarior. *tit. 29. P. 7.* Ruland. *de Commissar. Part. 4. lib. 2. cap. 8. num. 55.* Mohr *de jure venand. P. 2. cap. 1. num. 8.* De *ursis* quid sentiendum, vid. apud Knich. *de vest. pact. part. 2. c. 8. num. 39. & seqq.* Alii feras terrestres generaliter etiam dividunt *in Hoch-Roth und Schwartz & Nieder Roth und Schwartz Wild-Pret,* Wehner, *pract. Observat. verb. Forst - Recht.* Et à peritis etiam aliæ passim audiuntur harum ferarum distinctiones secundum locorum qualitatem & consuetudines. Meichsner. *d. decis. 42. Part. 1. pag. 719.* add. Arumæus *in Jur. Publ. vol. 3. discurs. 19. p. 136.* Dividitur etiam in *clamosam*, quæ fit clamore & clangore, & *quietam*, Mohr *d. tr. de jure ven. p. 1. num. 45.* vid. etiam Illustr. Dn. à Seckendorff *d. tr. reg. 5. qu. 2. p. 403.*

Thes. II.

Thes. II.

Ita porrò ratione *concessionis* Venatio alia est *Locata*, *Commodata*, *Donata*, *perpetua*, alia *precaria*, vulgò *ein Gnaden-Jagen*, *auf gewisse Zeit.* laud. Collega Harpprecht. *de venat. precar. thes. 42. p. 60.* Cujus naturam apprimè executus est. Dn. Fritsch. in *Corp. Jur. venat. Forestalis. de venat. precar. pag. 220. & seqq.* ubi etiam formulas concessionis exhibet, quod etiam fecit *Bes. in th. pr. voc. Jagden.* Ut autem Principes ob Concessam Venationem saltem precariam de Jure suo securi reddantur, accipiens literas *reversales* dare tenetur, in quibus profitetur se venationem in certo districtu ex mera gratia accepisse, simulque promittit, quòd nullo unquam tempore sub alio titulo eam sibi arrogare, vel aliter, quàm sibi nominatim concessa est, venationem exercere velit, & Domino liberrimam, eam pro arbitratu revocandi, facultatem transscribit, quæ optimè confirmat Noë Meurer. *tr. Von Jagd- und Forst-Recht*, quando scribit: *Zu Zeiten begibt es sich auch, daß etwan gütlich um mehr Friedens, oder um etwas Nachlassung willen, oder aber die Hœltzer und Jagden so gar entlegen, und also nicht wohl zu bejagen und zu handhaben, und damit nicht andere benachbahrte sich derselben gebrauchen, in ein* possession *dardurch heimlich eintringen, eine Herrschafft aus Gnaden und angeregter Ursachen, auf einen* revers, *sondern Persohnen, ein sonder Bezirck und Platz, den mit einer Maaß und solcher Form,*

die doch nach Verleyhung jederzeit zu andern, zu bejagen eingiebet. tit. *Von. aus Gnaden durch einen* Revers *zugelaßenen Jagens-Gebrauch. p. 31.* ubi & ejusmodi Reversalium formulæ inveniuntur. Et hac venatione gratiosa, vel si etiam in feudum sit concessa, venatio tamen eo jus venandi feras majores concessisse non intelligitur Princeps, sed nihilominus expresse hi concessionarii sibi concessum probare debent; Cùm non præsumendum sit Principem venationes majores simul concessisse. *arg. cap. fin. Ex. de offic. vicar.* Rhetius *in Instit. Jur. publ. lib. 2. t. 18. p. 6. & 7.* Gail. *l. 2. observ. 66. num. 7.* Einsidel- *tract. de Regal. cap. 3. num. 372. & seqq.*

Ex *modo venandi* variè moribus *dividitur*, quòd alia Venatio sit, quæ fit *canibus*, alia quæ fit *bombardis, mit Pürschen und Schüßen.* Wehner. *Observ. verb. Forst-Recht.* Carpz. *dec. 287.* alia venatio est quæ fit *Zonis, mit aufgespannten Tüchern und Garn.* Ludov. Dieteric. *ad Thes. pract.* Besold. *in addit. ad voc. Jagen.* B. Mauritius *in Consil. chilon. 1. num. 10. & seqq.* add. Anonym. *d. l.* Alia Venatio fit feram bestiam v. gr. cervum vel capreolos continuo cursu *defatigando, die par força Jagd.* Berger. *de jure venandi feras. cap. 1. pag. 16.*; add. d. Anonym. *tit. loc.*

Thes. III.

Datur etiam Convenatio seu simultanea Venatio, *die Kuppel-Jagd, die Sammet-Jagd, Mitt-Jagd,* quâ in alieno fundo cum ipso domino vel tertio quodam

dam' *simul* venari licet. Et differt dehinc à *communi* Venatione, quæ est in communi & nostro. vid. Fritschius *de Convenatione in corpore juris venatorio forestalis per tot. fol. 213. & seqq.* add. Seckendorff. *im teutschen Fürsten-Staat cap. 3.* & competit *diversimodè*, vel ita, ut convenatio exemplo juris compascui sit mutua ac reciproca, quod plerumque fit quando duorum vicinorum agri sunt intermixti, *auff denen vermengten Feldern und Güthern*, vel competit non reciprocè. laud. Fritsch. *d. tract. membr. 2. cap. 4.* ubi etiam simultaneam venationem ita duobus competere monet, *uni* qui jurisdictione munitus sit, *alteri* cui quidem nulla jurisdictio fundi, Venatio autem jure quodam servitutis ad vicinos pertineat. addatur *der kluge Beambte.* apud Fritschium *vom Jagd-Forst-Recht. fol. 697. & seq.* ubi addit: *Daß wegen des Fangs in acht zu nehmen, ob beede Kuppel-Jager zugleich jagen, oder ein jeder vor sich: daß erstenfalls das gefangene in gleiche Theil zu theilen, lezteren aber einem jeden das von ihm gefangene zu lassen*; ubi etiam quærit: *Ob einer der Kuppel-Jagd wider des anderen willen auffsagen kœnne?* quod asserit si ea concessa sit ex amicitia & benevola voluntate, secus verò si per præscriptionem ea acquisita sit, cum Fritschio *d. tr. membr. ult. num. 8.* quomodo ratione *loci* & *temporis* dividatur venatio? videatur Hunn. *de Venatione, th. 4.* apud Fritschium *fol. 229. & seq.*

CAP.

CAPUT III.

De causa Efficiente Venationis Remota.

Thes. I.

CAusa *Efficiens* Venationis est vel *Remota*, vel *Proxima*. Ad Remotam referuntur varia illa jura quibus Jus Venandi indulgetur, quorum primum est *Jus Divinum* Genes. cap. I. 26. 28. & 30. & cap. IX. 2. cap. XXVII. 5. Levit. XVII. 13. Psalm. VIII. 8. & 9. Psalm LXXIV. num. 14. I. Reg. IV. 23. Paulus I. Corinth. XV. 27. Etiam *naturale*, namque natura, non tantum rerum fructus, *l. 32. ff. de rer. divis.* sed etiam res ipsas hominum gratia producit. *l. 26. de usur.* Ut & *Civile*, quod concedit liberam venationem Domino in fundo proprio §. *12. tit. de R. divis. l. 3. P. de A. R. D.* ut & bonæ fidei possessori, *arg. l. 136. de R. J. l. 28. ff. de A. R. D.* usufructuario. *l. 26. ff. de usufr.* vid. Tabor. *in not. ad C. J. A. l. 41. lit. S. num. 21.* Qui etiam venationem & aucupium non tantùm ipse exercere, sed aliis etiam licitè pro certa mercede vel gratis concedere potest, & omni illi, qui jus venandi constitutum habet, sive ex contractu vel alio justo titulo *C. J. A. d. lib. 41. Lit. I. th. 12. num. 1.* Rusticis solummodò interdicitur. in *Constitut. Frideric. 2. F. 27.* Et

 Cle-

Clericus à Venatione in specie dicta arcetur, ad piscandum tamen admittitur in *C*, *1.* & *2. x. de Clerico venatore cap. 1.* & *2. dist. 34. Esau. 11. dist. 86.* forsàn, *quia in scriptura non invenimus sanctum aliquem Venatorem. Piscatores autem multos, ut dicitur in dict. c. Esau.* Unde *Concilium Tridentinum* in *Decreto de Reformatione Generali*, statuit, *ab illicitis Venationibus & Aucupiis abstinendum obtinentibus dignitates & prabendas in Ecclesiis Cathedralibus aut Collegiatis.* vid. Fritsch. *in suo tr. p. 319. Ea* tamen quæ fiat per *retia* aut *laqueos*, *conccessa*, quippe quæ non sit tàm *Clamosa*, ut Illa, quæ fit cornu & armorum] strepitu. vid. Caspar. Ziegler. *in tr. de Jur. Maj. l. 2. c. 14. §. 39.* B. Dn. Colleg. Harpprecht. *de venat. precar. pag. 26.* D. Stryk. *de abusu Juris cap. 6. num. 8.* & ad Brunnem. *Jus Eccles. lib. 1. cap. 6. membro. 10. ad verba* vitare deb. usum armorum Corvinus in *J. Can. lib. 4. tit. 32. de clerico venatore cum not.* Böhmer. Ziegler *de Episcop. lib. 10. cap. 14.* Aretinus *de usu protestant. pag. 142.* Prohiberi autem venationem etiam Clericis protestantium, tùm ex ipsa honestate, tùm ex testimonio, monet Brunnem. *in J. E. l. 1. cap. 6.* & B. Stryke *in eundem th. 10. §. 10.* qui tamen propter Jus prædiis annexum illam exercere per alios possunt. Aretin. *de usu protestant. pag 142.*

Et, quantum ad illas Eminentioris Conditionis *Personas Ecclesiasticas*, quæ simul *Imperii Principes* & *Status* sunt, ad Illos, quòd hæc prohibitio non pertineat, ipsa experientia satis probat, de hinc etiam jus forestale seu bannum Sylve-

vestre, uti vocant, habent. Idque non qua Ecclesiastici, sed ditionum amplissimarum domini, ac status seculares. Mor *de venat. part. 1. cap. 8. num. 64.* Gilm. *dec. 13. lib. 1.* B. Dn. Frommann. *diss. de Condomin. territ. p. 48.* add. etiam Crusius *de Indic. delict. specialib. p. 3. cap. 14. num. 5. & seqq. ubi de piscatione Sacra non nulla, quæ inciderunt memorabilia traduntur. An verò Vasallus investitus de Ducatu vel Comitatu jus venandi alteri concedere possit?* non parùm *controvertitur*, dubitationis causam præbet: quòd vasallus usum fructum in re feudali constituere nequeat. *arg. 1. x. 2. F. 55. cap. 1. §. præterea.* quo etiam facit. *l. 2. §. ususfr. ff. de reb. Commun.* Fachin. *in lib. 6. controv. 79.* atque venatio est in fructu. *l. 62. ff. de usufr. l. 9. §. 5. l. 61. ff. ead.*

Accedit etiam *illud*, quòd vasallus rei feudali servitutem imponere non possit. *per l. fin. de reb. alien. non alienand. ubi proponitur Regula, quòd prohibitus alienare rem ipsam, prohibeatur etiam imponere servitutem rei,* vasallo autem interdicta sit alienatio. *d. c. unic. de prohib. feud. alienat.* Verùm quamvis servitutem venationis in re feudali alteri constituere nequeat, propter *c. 2. d. d. tx. in contrarium allegatos,* facultatem tamen venandi, & fructus venationis concedere cuivis poterit; cùm talis non consequatur *Ipsum jus venandi* in re feudali, sive *servitutem ipsam* venationis, sed tantùm vasallum *personaliter* obliget, adstringatque, ut venationem in re feudali pati teneatur, quod à jure usufr. est planè diversum. *arg. l. 66. ff. de Jur.*

dot. §. 3. *Inst. de usufr* Imò etiam is vasallus, qui non de territorio aliquo investitus est, sed solùmmodo jus venandi in aliquo territorio vel sylva accepit, venationem vicissim alteri concedere potest. Cùm per hanc concessionem venationis non Ipsum jus venandi, quòd in fructu habetur, transferat, sed solùm *commoditatem* seu *exercitium* venationis *per d. L. 66. ff. de jure dot. Ipso tamen jure* venandi penes personam vasalli, hâc concessione non obstante, *requiescente*, ut adeò dici non possit, illum rem feudalem alienasse. contra *d. tx. cap. 1. §. præterea.* vid. quæ in simili habet B. Dn. Collega Harpprecht. *in vol. noviss. Consf. 36. num. 272. & 277.* add. in diss. *de venat. precar. pag. 21. & 22.*

Thes. II.

Similis est Quæstio, quæ non de vasallo tantùm, sed de omnibus aliis jus venandi habentibus disceptatur. *Num id alteri cedere possit? Quia enim, si Princeps ex liberali concessione jus venandi mihi concedat, qui emptione, permutatione, aut alio quovis titulo tale jus adeptus, an possim passim alii id, vel ejus commoditatem concedere, quæritur?* Quod pariter affirmandum censemus, omne enim Jus, & sic etiam omnis venatio alicui competens, cedi & transferri in alium potest, *l. ult. ff. de R. V. l. f. C. & t. t. de hæred. & act. vendit.* B. Lauterbach. *in tr. syn. de hæred. & act. vendit. p. 2. num. 7. & differt. de procurat. inrem suam §. 11. th. 23.* Quod usque adeò procedit, ut etiam actionum futurarum

quæ

quæ scil. sperantur vel ex conditionali conventione, cessionem admittat. *l. 17. & 19. ff. de hæred. & act. vend. l. 3. C. de donat.* B. Lauterb. *in tract. Syn. d. l.* quilibet enim de re sua liberum habet arbitrium. *l. 21. C. de mandat.* Quod & praxis, & usus quotidianus confirmat. videmus enim sæpè numero jus venandi alteri cedi ab illis, qui beneficio Principis præscriptione, vel alio quovis titulo id adepti sunt.

Thesis III.

Quod tamen *declarandum*, id non procedere, Eo in casu, quo constat concessionem Juris venandi alteri factam, *non Realem* sed *Personalem esse*, tuncequidem jus venandi, tanquam *jus personale*, *cedi* nequit, cùm personam ipsam non egrediatur *Dynus. in c. privileg. 7. de R. I. in 6to.* quo etiam facit. *text. l. 42. & ibi* DDr. *ff. de administr. & periculo tut.* eleganter Matth. Coler. *de Alimentis. lib. 2. cap. 8. num. 63.* add. B. Dn. Lauterbah. *in tr. Syn. ad tit. de hæred. & act. vend.*

Quare si Princeps alicui hisce verbis jus venandi concedat, *Tibi tantùm hoc jus venandi concedimus*: non poterit jus ità concessum, tanquàm *personale*, in alium transferri. *Juris autem venandi concessio* in dubio *realis* æstimanda est, nisi contrarium, quòd *personalis* sit, ostendatur. Ex quibus infertur. Illud jus venandi cedi seu transferri in alium non posse, quòd Princeps alicui pro sua necessitate & indigena concessit. *arg. l. sed neque l. cæterùm ff. de usu & habit.* ubi notàtur

 usum

usum alicui competentem, non posse alteri cedi: Jus autem venandi in hac specie instar *usus* se habet, cùm sit concessum pro necessitate & indigentia, cohæret igitur in hac specie personæ, *arg l. 57. § f. ff. de usufr.* Et alia est necessitas *hujus*, alia *illius*, sicut in simili scribit de Alimentis Brunnemann. *in l. 55. num. 2. ff. ad l. falcid.*

Quod procedit adeò; ut nec *commoditas* quidem illius Juris cedi possit, *hoc in casu*. Jus enim venandi ad necessitatem suam alicui concessum instar usus se habet, sed is, qui usum habet, neque usum neque commoditatem usus cedere potest. §. *1 Inst de usu & habit. l. 10. §. si usus ff. com. div.* non *obst. l. 12. §. usufr. l. 77. de usufr.* ubi ususfructus quoque cedi potest, licet *Personalissimum* Jus sit, cùm vel non habeat in se commoditatem ad necessitatem personæ coarctatam, sed omnes omninò fructus emolumenta & commoda, sive personæ usufructuarii necessaria, sive non necessaria, comprehendat. *l. 9. cum seqq. ff. de usufr.*

Usus autem etiam est *Personalis*, quoad *formam* & *materiam* percipiendi, quæ autem ita personalia sunt, non modo secundum Jus ipsum, sed etiam quoad commoditatem, ejus cessionem non admittunt *arg. d. §. usufr.* vid. late Joh. Harpprecht *ad §. 12. de R. D. num 208. & seqq.*

Hinc *saltuarii* sive *officiales* alicujus Principis, quibus in salarii partem conceditur *jus venandi*: *Als eine Bey-nutzung* (cujusmodi beneficio in hoc *Incly-*

to Ducatu in plerisque Præfecturis *domini Præfecti superiores (die Ober-Vœgt)* gaudebant, D. Collega. Dr Harppprecht. *de venat. precar. pag. 36.* add. C. Argentor. *ad tit. de A. R. D. th. 14.* Harppr. *ad* §. 12. *d. tit. num. 213. Hanc venationem* ratione *Præfecturæ* sibi competentem *alteri cedere nequeunt*, ut is tàmdiu venationes percipiat, quàmdiu Præfecturæ officium penes eos sit. Cùm ex usu & consuetudine tale jus venandi ad necessitatem officialis & Præfecti pertineat, per consequens quoque invito Principe alteri cedi non possit. vid. B. Harppprecht. *ad* §. *12. de R. D. n. 208. cum seqq.*

Nec similiter is, cui venatio ad suam recreationem, *zu seiner Ergœtzung* est concessa, hanc venationem alii cedere potest, cùm hæc omnia in diversis personis diversa sint. Joh Harpp. *ad J.* §. *12. t. de R. D. 5. n. 224.* & alia est *voluptas* in venatione *unius*, alia voluptas *alterius*, nec pari modo venationibus omnes delectantur, sed unus plus altero hanc voluptatem expedit. Quidam enim adeò huic venationis studio dediti sunt, ut ingentem numerum ferarum capiendo, voluptati tamen suæ non satisfaciant, alii verò satietate citius capiuntur, quæ cùm ita se habeant; Cùm hoc jus venandi hoc modo alicui datum, ad ipsius personæ voluptatem restrictum sit, eo ipso *cedi* nequit, non tantùm ratione ipsius Juris, sed etiam commoditatis, quod confirm. *arg. l. 26.* §. *12. ff. de condict. indebit.* ut notat Jason. *in l. pro hære-*

de, *ff. de A. R. D.* ubi traditur, quòd *operas officiales; quæ mihi debentur, cedere alteri non possim*, quod ea ratione constitutum est, quia unus magis altero delectatur, operis officialibus percipiendis, & unus alio majores & frequentiores operas exigit, tàm ad *voluptatem* quàm *necessitatem*. Et certè ubicunque qualitas alicujus personæ electa est, non recedimus ab illa persona, nec ad alium pervenire possumus, *l. inter artifices*, *ff. de solutionib*. Brunnem. & Dr. *in l. si quis arbitrat. ff. de V. O.* Laud. Harpprecht. *d loc. num. 224.* Prælaud. B. Dn. Collega, Dr. Harpprecht. *d. diss. de venat. precar. p. 46. & 47.*

Thes. IV.

Quòd si tamen *venatio ad certum numerum ferarum alicui data sit*, e. gr. *auf 4. Stück roth, und so viel Stück, schwartz Wild-Brets, Ea cedi & in alium transferri poterit*, propter *Generalem Regulam*, quòd omne jus & omnis actio alicui competens regulariter in alium cedi & transferri possit. *l. 31. ff. & t. t. Cod. de hæred. & act. vendit.*

Nec movet, quòd venatio, cujus usus ad necessitatem personæ restrictus sit, cedi non possit. *arg. l cum unus. §. fin. ff. de aliment. leg. §. 1. Inst. de usu & habit.* Jus enim venandi, cujus usus restrictus, ita demum cedi non potest, si materia & forma percipiendi variet in Persona, veluti quando venatio ad necessitatem vel voluptatem certæ personæ, uti dictum, data sit, secus autem res sese habet, si restrictio venationis non inducat varietatem in forma

ma & materia percipiendi, tunc enim id nihil prohibet, hujusmodi Venationem, quàmvis restrictam, & certo numero ferarum definitam, alteri dare vel concedere, ad similitudinem alimentorum certæ personæ relictorum, *quæ, quàmvis alteri per eandem Personam cedi non possint*, dùm modus percipiendi variet in personis, & unus plus alimentorum quàm alter absumat, *si tamen* alimentorum *certa summa*, vel *quantitas* sit *expressa, veluti, Lego Titio quot annis tot modios frumenti, tot Amphoras vini, alimentorum causâ, hoc jus alimenta ita percipiendi, cedi & transferri in alium poteſt.* eleg. Matth. Coler. *de Aliment. lib. 2. cap. 8. num. 69.*

Et *Ratio* hujus nostræ Sententiæ evidens est. Si enim Princeps certum ferarum numerum singulis annis percipiendum mihi concedit, nihil interest ipsius, sive per me sive per alium, cui concessero, definitus ferarum numerus capiatur. vid. laud. Harpprecht. *ad d. §. 12. cit. l. num. 216. cum seqq.* Venationes autem precariæ. *Wo es ein blosses auff des acquirentis Persohn restringirtes sogenanntes Gnaden Iagen wære, in alterum* transferri & cedi non possunt, uti pronunciavit Facultas *die 7. 10br. 1685.* addatur omninò B. Collega Harpprecht. *in dissert. pecul. de venatione precar. pag. 34. & 46.* ubi inprimis tenorem concessionis sequendum esse monet: prout etiam hactenus in Illa Serenissimi quondam harum terrarum Ducis Administratoris *Ludovici Friderici* concessione apud Besold. *in Thesauro pract. voc. Iagd.* ibid. *und darzu neben Ihme*

Adam

Adam von Ow, allein seine vertraute und verpflichtete Diener gebraucht werden. Certi termini positi legantur. quo & pertinet quod Khraisserus de *Bavaria* refert, quod precarii venatores non debeant adhibere eos, qui nec vestibus, nec pileis viridibus incedunt *cap. 2.* Etsi hæc venatio ad personam ipsius accipientis restricta *sit, e. gr. daß Er selbst und allein, wann Er auff dem Guth seyn werde, in dem angewiesenen Bezirck solche Iagd exerciren solle*, illa Personam transgredi non poterit. laud. *Harppr. d. l.* Fritsch. *de venat. precar. Thes. 10.*

De quibus *venationibus precariis* obiter porrò notandum, quòd per concedentem, vel ejus hæredem libere, & quandocunque revocari possint. *Kœnnen und mægen nach Belieben des Herrn oder seiner Erben wiederruffen und abgefordert, und alß dann einem andern, ohne Verhinderung desjenigen, welchem sie bißhero bittweiß gestattet, verliehen werden.* Precarium enim est, quod precibus petenti utendum conceditur, tàm diu, quam diu is, qui concessit, patitur, *per tx. in l. 1. & 2. ff. de precar.* quod usque adeò verum est, ut venatio usque ad certum tempus precariò per Principem concessa, etiam ante tempus effluxum revocari per Principem possit, *d. l. 1. & 2. ff. de precar.* Etsi enim venationi ad certum tempus concessæ, tacitum insit pactum de non revocando eandem venationem ante tempus effluxum. Cùm tamen hujusmodi pactum sit contrà substantiam precarii, ideoque tanquàm inutile & nullius momenti, rejicitur. *Generalis* enim est *Regula*, quod pacta sive ta-

tacita sive expressa, vergentia contrà substantiam contractus, nullius sint ponderis aut valoris. *l. 51. quis pr. ff. de leg. 1. l. 27. ff. de donat.* Ddres *in d. l. cum precario. ff. de prec.* Joh. Harpprecht *ad §. feræ. Inst. de R. D. num. 22.* & laud. Collega Harpprecht. *in d. dissert. dl.* Besold. *in Thes. pract. voc. Iagen.* Dissentit Fritschius *in d. dissert. de venat. precar. th. 9. 161. Concedentis morte venationem precariò concessam extingui*, sed sibi contradicit *de Regali jure nundinar. cap. 12. thes. 8.* Quod tamen cum hoc æquitatis temperamento exaudiendum est, ut concedens eandem non cum certo & aperto alterius damno, revocare valeat precarium, siquidem beneficium esse, ipse nominis sonus & JCtus *in l. 1. pr. l. 14. ff. de precar.* notabiliter intimat, beneficio autem juvari nos decet non decipi. *l. 17. p. 3. ff. commod.* Brunnem. *ad l. 1. num. 2. ff. de precar.* Et hæc venationis precariæ concessio prorogari potest non solùm consensu *expresso l. 5. ff. de precario*, sed etiam *tacito.* vid. laud. Collega *in d. diss. pag. 14.* Ubi etiam formulam prorogatæ hujus venationis refert. Aliud etiam est *ein Gnaden-Iagd*, aliud *bestand und Gnaden Iagd.* Besold. *in thes. pract. voc. Iagen.* Harppr. *d. l.*

Quòd si plures sint ejusdem territorii domini, unus ex illis, cœteris non consentientibus, jus venationis tertio alicui cedere seu constituere nequit, ità, ut servitus venationis inducatur *per l. 2. ff. de Servit.* Sed tamen *socius concedens* in hoc *obligatur*, ut patientiam venandi ei præstet, cui concessit, *per tx. expres. in l. 11. ff. de servit. præd. rust.* Poterunt

runt igitur qui non consenserunt, venatorem repellere, sed qui concessit venationem, tolerare venantem debet, per *d. l. 11. non obst. l. unus ex sociis ff. de servit. rust. præd.* ubi expressum est, *quòd unus ex Sociis in prædio communi Servitutem constituens, cœteris non consentientibus, nihil agat.* Cùm id accipiendum sit, *quod nihil agat*, scil. in *præjudicium cæterorum sociorum*, & ut servitus venationis ipso jure reprimatur, quoad *sui* autem *ipsius præjudicium*, & ut cogatur semel concessam venationem tolerare, utiliter agit. *per d. l. 11. & l. receptum 18. ff. comm. præd.*

Thes. V.

Licet autem juxta superiora inspecto jure *G.* & *Civili*, unus quisque prædii dominus, item vasallus, Emphyteuta, fructuarius & similes Jus venandi concedere possint, in fundo *proprio*, feudali, Emphyteutico, & fructuario.

Moribus tamen *Nostris* hæ personæ hoc Jure venandi non amplius gaudent. Et ideò etiam hoc jus concedere non possunt, *l. nemo plus Juris ff. de R. D.* Et Principes & Magnates, ad quod territorium spectat, tàm in privatis quàm in publicis locis hoc jus venandi ad se traxerunt, jure superioritatis Territ. vid. §. *1. art. 11. Instr. Pac. vers. liber. Juris territorialis exerc.* §. *3. cap. Leopold. verb. Wegen Hoher Lands - Obrigkeit hergebracht.* conf. Rhet. *in Inst. jur. publ. lib. 2. tit. 2.* §. *27.* Atque adeò nemo, nec in suo fundo amplius venari potest, nisi in quantum id libertati re-

relictum, vel à Principibus iterum concessum sit, uti in Sylvis illis & locis, ubi omnibus libera venandi potestas concessa est, *in freyen Pürsten*, vid: Carpzov. *in t. F. p. 3. cap. 32. d. 17. & in prax. Crim. qu. 84.* Ziegler. *lib. 2. cap. 14. de jur. Maj. §. 37.* Struv. *in S. J. C. diss. 41. th. 10. & S. J. F. cap. 6. aph. 11. num. 3. & aph. 28.* D. Stryke. *in vol. 1. d. 22. cap. 4.* Müler. *de Statib. Imperii cap. 73. §. 3.* add. B. Dn. Cancellarius Osiandr. ad Grot. *lib. 1. cap. 8. th. 5. pag. 854.* Ruland. *de Commissar. pag. 4. lib. 2. cap. 8. num. 10.* Wehner *Observ. pract. Freye Pürsch.* Hinc esse (existimat Hornius *in posit. feudal. Exercit. 9. th. 36.*) Quòd si Nobili in *Ducatu* circa venationem superiorem quæstio moveatur, quòd is pendente lite in possessione tuendus non sit, quia resistentiam Juris comm. hodierni contrà se habeat. *arg. cap. 7. de privil. in 6.* ubi ita quoque *Collegium Wittebergense* mense *Januario Anno 1691. respondisse refert*, & jus venandi, quod Nobiles sibi vindicent, sine titulo possideri non posse, & hinc Principi exigenti titulum, eos eum edere necesse habere, *non obst. lib. 25. de jure fisc. lib. 11. C. de hered. pet.* nisi præscriptionem immemorialem docere possint, tradit Dn. Stryck. *in diss. de possidente non meliore in Coroll. 4. ad d. in diss. de necessitate edendi titul. cap. 3. num. 58.* quod tamen *limitat.* in possidente, qui coloratum saltem titulum suæ possessionis in judicio allegat in *d. diss. cap. 4. num. 23.* Coloratum verò titulum Ddres. appellant, quando adest scientia partis adversæ cum actuum

exer-

exercitio, ita namque possessio satis coloratur in tantum, ut, si hujusmodi possessorem sua possessione spoliari contingeret, ipse restituendus foret. laud. Stryk. *d. l.* Imò quòd etiam sola Principis scientia pro titulo & Principis concessione habeatur, definit. Mevius *consil. 3. num. 79.* add. Maurit. *in consil. chilon. consil. 1. pag. 7.* Collega. D. B. Harpprecht. *consil. 14.*

Is autem, qui Jurisdictionem *Circumseptam* in certis pagi *prædiis* habet, Jus *venandi* quoque in prædio rurali *auf der Feld-Marckung des Dorffs* exercere nequit. laud. Stryke *diss. IX. de Jurisd. circumsepta. cap. 4. num. 12. col. 1.*

Cœterum quocunque modo aliarum rerum dominium hodie in alium potest transferri, eodem modo jus venationis potest alienari. Potest porrò etiam titulo lucrativo acquiri, item potest concedi precariò, ut & per modum usus fructus, etiam per modum pignoris, locationis, conductionis. Quando autem *Princeps* alicui concedit jus venandi, sine dubio semper sibi reservare præsumitur Jus Supremum territoriale vel forestale & Jus convenandi.

Thes. VI.

Conceditur autem hodiè *Venatio* ab Imperatoribus, non saltem titulo inter vivos, sed etiam mortis causâ, & communiter per *literas investituræ*, vel per *præscriptionem*. Jus enim venandi etiam per præscriptionem acquiri posse, expediti juris est, *per l. ult. in fin. C. de præscript. longi temporis 10. vel. 20.*

anno-

annorum. vid. B. Dn. Maur. *in Consil. Chiloniens. Consil. 1. n. 7. 9. & seqq.* Vel per modum *specialis privilegii.* quo ultimo casu non *privativè* sed *cumulativè* data esse censetur, ita ut concedens à convenatione *der Mit-Jagd*, quæ aliàs dicitur *Kuppel-Jagd*, non excludatur. *arg. l. 1. C. de offic. præf. prat. l. fin. ff. de Jurisd.* vid. B. Hertius *d. l.* Meurer *von Jagd- und Forst-Recht. pag. 7. §. 118.* Besold. in *th. pract. voc. Jagen.* confer. Koppen. *dec. 15. num. 9.* Wehner. *voc. Forst.* Tabor *in Racem. Crim. ad art. 169. O. C. §. 572.*

Et hodiè concessis Regalibus, concessa etiam censentur Jura *piscandi*, venandi, & Jus aucupandi, *das Vogel Fang-Recht*, Harpprecht. *ad §. 12. fera. de R. D. num. 245.* Textor. *disp. 6. thes. 113. & disp. 9. de jure venandi th. 16* add. Dn. Stryk. *de jure princip. aereo. cap. 4. num. 19.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 7. n. 3.* add. Exc. Dn Collega Dr. Schweder *in J. P. part. spec. sect. 2. cap. 15. §. 13.* Quòd si ergò dominus Castri sive prædii, venandi mihi potestantem in suo territorio sive prædio faciat, uti potest, *arg. l. 2. ff. de servit.* hoc Juris consequor, ut, ipso etiam invito & contradicente, postea venandi causâ ingredi, *retia* tendere, laqueos & alia ad occupationem ferarum necessaria instrumenta ponere passim possim; aliàs enim inutilis foret concessio venationis in alieno fundo, nisi hæc interpretatio admittatur, *arg. d. l. 2. ff. de Jurisd.* quam tamen cum minore detrimento domini exercere debet, *arg. l. 3. §. 4. ff.*

4. *ff. de S. P. R.* quo quoque facit. *l. pen. ff. ad exhibend. & l. 38. ff. de R. V.*

Neque etiam credendum, quòd dominus voluerit, ut messium, seu eo tempore, quo ager frumento consitus est, quod ad justam excrevit magnitudinem, & ad spicam jam pervenit, venatio instituí possit. *arg. l. 9. l. 39. §. 3. ff. de leg. 3. & l 7. de Donat. l. 1. C. quæ res pign.*

Moribus autem non raró in Imperio contingit, ut Unus vel Alter Status Imperii etiam in alterius territorio Sylvis ac nemoribus jus venandi habeat, Mylerus ab Ehrenbach *de Princip. & statib. Imp. P. 2. c. 75. Ita* noster Serenissimus Dux *Würtembergiæ & Tecciæ* in territorio vicinæ Imperialis Civitatis *Eslingæ* & *Reutlingæ jus venandi cum jurisdictione Forestali* possidet, cujus vigore capit ferarum indagatores ac postea punit. Besold. *in Thes. Pract. voc. forst. pag. 258.* Myler. *d. tr. d. loc.* Krebs. *tract. de ligno & Lapide, part. I. class. 4. sect. 16. parag. 8.* addatur Knipsch. *de jur. civ. Imper. lib. 2. cap. 7. num. 43.* B. Stryke *in diss. de jur. Principis extra territorium vol. 2. diss. 1. cap. 1. num. 103.* ubi etiam exemplum adducit *in Episcopo Würtzburgensi* cui competat Jus venandi *in Staiger-Wald* teste Sprengero *in jur. publ. pag. 396.* Et quamvis regulariter inhæreant hæc Jura territoriis, posse tamen ea quandoque separari, uti videre sit ex Münsinger. *consil. 16. num 45.* Klockio *part. 1. consil. 29. num. 243.* De *piscationibus* idem esto judicium, sibique has vindicare *Electorem Palatinum* in flumine

ne *Waich*, qua territorium Landavienſe perfluit docemur à Klock. *d. cap. 29. num. 196. ſeqq.*

Imo interdum occurrit; quod duo Principes ſimul in una eademque ſylva uno vel diverſis modis ac formis Jus hoc habeant: Unus in feris majoribus, alter in minoribus, idque uſu, multis in Germania locis obſervari tradit Sixtinus *de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 55.* Gail. *de pignorib. cap. 24. num. 7.* Georg. Mor *de jure venandi part. 1. num. 68.* Beſold. *in theſ pract. voce Jagen.* Et ideò quilibet intra præſcriptos ſervitutis terminos ſeſe continere debet; ſi ſecus fecerit, alter juſtè ei reſiſtere, pignoraque ab eo capere poteſt. Gail. *d. tr. de pign. d. loc.* Qui enim habet Jus venandi, tàm in alieno, quàm in proprio territorio, Ille etiam habet Jus *Edicti* & prohibendæ venationis & aucupii, vulgò *Gebott und Verbott des Jagens und, Vogel-Fangs.* Morus *d. tr. de jure venandi cap. 3. num. 10. in termin.* B. D. Stryke *in diſp. Jur. Public. de via facti Princip. Imperii permiſſa, cap. 1. §. 37.* Prout etiam *in ſimultanea venatione* in ſimultaneo *territorio*, vulgò *die Koppel-Jagd. Neuter* venari poteſt, ſine prævio alterius partis Judicio, & ſubſequente ferarum diviſione. B. Dn. Textor. *diſſ. 9. de jure venandi th. 20.* & de *jure convenandi.* add. Ahasver. Fritſchius *in corp. jur. venat. foreſtal. de convenatione membro 6. 7. & 8.* Uſufructuarius tamen fundi hoc Jus venandi alteri conſtituere nequit, tanquàm ſervitutem quandam, *arg. l. 15. in fin. l. 16. 17. 61. ff. de uſufr. l. 66. junct. l. 1. C. eod.* vid. Gail. *lib. 1.*

 Obſ.

Obſ. 66. ubi id in Camera Imperiali receptum eſſe teſtatur. Simplicem tamen facultatem venandi in fundo uſufructuario is alteri permittere, & pecuniam pro licentia venandi pacto promiſſam accipere poteſt, & ſic jus illud per alium quoque exercere, ita, ut venatione hac per intermediam perſonam utendo, ipſe uſus fuiſſe cenſeatur. *arg. l. 12. P. 2. l. 38. ff. de uſufructu add. §. 1. Inſt. de uſu & habitatione* ibique Vinninus *num. 5.* Harpprecht ibidem *num. 2.* Et hac permiſſione non conſtituitur novus uſusfructus, ſed tantùm nuda facultas ſive exercitium percipiendi fructum, quod noſtri commoditatem appellant, conceditur, per *d. l. 66. ff. de jur. dot.* quippe venatio & feræ ex venatione perceptæ in fructu quodammodo habentur, *l. 9. §. 5. ff. de uſufr. l. 62. §. 1. eod.* junct. *l. 12. §. 5. C. eod. l. 26. de uſufr. l. 27. §. 1. ad L. aquil.* Peter Müller. *in Juriſprud. Element. diſp. 17. th. 26.* vid. C. J. A. *lib. 41. tit. 1. de A. R. D. num. 19.* & B. Harpprecht. *d. diſſert. p. 22.* Circa *inveſtituram Q. an Dominus concedens vaſallo jus venandi alienum in feudum, teneatur de evictione?* Et *negamus.* Si vaſallo *ſcienti* jus alienum venandi in feudum datum ſit. *II. f. 25. Atſi ignoranti,* affirmamus. *II. f 8. & 15.* Imò & primo caſu, ſciente ſcil. vaſallo, tenetur, ſi tempore infeudationis vaſallus per pactum ſibi proſpexerit *de evictione.* quod cautelæ loco inculcat Mor *de jure venandi p. 2. cap. 2. num. 16. Quòd ſi jus venandi in uno eodemque loco à Principe duobus diverſis temporibus in feudum concedatur?* tunc *prior præfertur*; quia

quia concessio semper in dubio intelligitur facta sine præjudicio & læsione prioris, maximè cùm Princeps præsumatur circumventus calliditate aut importunitate impetrantis vel priorem Concessionem oblivioni tradidisse.

Thes. VII.

Explicatum est hactenus, quinam venationem alteri concedere possint, videndum ergò ex adverso, *qui possint prohibere.*

Et initio sciendum est, dominum alicujus prædii sive Sylvæ venationem & occupationem ferarum in suo prohibere nemini posse, dum in hâc utatur jure Gentium omnium communi. *l. 3. §. f. ff. de injur. l. 2. §. 1. ff. de A. R. D.* Jure tamen unus quisque vetare & prohibere potest, in prædium ne ingrediatur. *§. 11. & §. avium Inst. de R. D. l. 12. & 16. ff. de S. P. R. l. 5. §. 3 ff. de A. R. D. l. 6. ff. de S. P. R.* Et ingrediens in prædium alienum contrà Domini prohibitionem ab eodem conveniri potest, tum injuriarum actione *l. 13. §. f. ff. de in jur.* Brunnem. *in paratit. ad* Wesenb. *tit. 1. lib. 41. q. 10.* Mev. *p. 3. dec 397.* Schneidewin. *ad §. 12. J. de R. D. n. 7.* Hoppius *ad eund. & nos in comment.* ibid. Henricus Bergerus *de jure venandi feras, posit. 18.* tum de vi, quia vi facit *l. 5. §. 5. de injuriis* qui contra quam prohibetur fecerit. *l. 1. §. 5. ff. quod vi aut clam* Mev. *p. 2. dec. 207. n. 1.* Et ex venatione in fundo alterius, rixæ & tumultus facilè oriri possunt, *arg. rubr. de pace tenenda. lib. 11. feud. tit. 27.* Schneidewin. *d. l.* add. omninò Paul.

Matth. Wehner. *Von Veranderung und Untergang und Verwandlung der Regimenter. cap. 13. pag. 241. & seqq.* Et *consilium 4.* apud Fritschium *in corpore juris venatorii Forestalis fol. 759. & seqq.* Inde gravis exsurgit *quæstio. Si quis contra domini prohibitionem eoque invito prædium ejus ingrediatur, & feras capiat, utrum eas, quas cepit, nihilominus suas faciat? an verò ex adverso suas non faciat, sed domino prædii restituere teneatur? Nobis prius affirmandum, videtur*, quòd talis, quod cepit, nihilominus sibi acquirat, & suum faciat. Cùm prohibitio domini de non ingrediendo fundum & sylvam ejus, non tollat causam acquisitionis ferarum, dùm feræ nobis acquiruntur non jure *soli*, aùt *loci*, sed simpliciter & jure *occupationis l. 14. h. t.* neque item aliquis ut fundi, ita & ferarum in fundo pro naturali sua libertate aberrantium dominus est, & possessor *l. 3. §. 14. de acquir. possess.* unde non ita captam ab alio bestiam vindicare, quemadmodum ingredientem à fundo suo arcere licet, & eo ipso, dum in nullius bonis sunt & occupari possunt *l. 3. ff. de A. R. D. §. feræ. 12. Inst. de R. D.* add. *l. 2. §. 1. l. 5. §. 3. de A. R. D. hæc prohibitio* non afficit feram, aut efficit, ut feræ desinant esse communes, & ut occupari nequeant, pro qua sententia etiam militat. *l. 114. §. 14. ff. de leg. 1.* ubi notatur, *quòd prohibitio privatorum non impediat translationem dominii:* Ex quo firmiter infertur, prohibitionem domini de non ingrediendo fundum ejus, non tollere hanc ferarum acquisitionem: neque enim ut rectè Strauchius *ad P. Ex. 6.*

§. 21.

§. *28.* & *diss. de Imperio Maris cap.18. num. 4.* ratiocinatur, prohibitio efficere potest, ut feræ desinant esse nullius, & ne occupatio sit modus acquirendi Jur. Gentium, neque efficere potest, ut prohibens fiat dominus; quia occupatio est modus acquirendi, non prohibitio D. Kulpis. *diss. de privat. in host. excurs. th. 26.* Quibus *accedit*, quòd lex, prohibens fundum alienum ingredi, ingressum tantùm, non verò occupationis actum afficiat. *arg. l. 55. ff. de A.R.D.* adeoque ultrà prohibitionem non extendendum sit; imprimis, cùm pœna privationis locum non habeat, nisi in casibus à lege expressis. Hartm. Pistor. *qu. 27. num. 12.* & *qu. 50. num. 32.* quo facit *tx. in l. 14. ff. de relig.* & *sumpt. Fun.* Et, dùm præterea *in d. l. 1. §. 1. ff. de A.* R. D. & *in d.* §. *12. Inst. de R. D. absque distinctione*, utrum invito & prohibente domino, vel non prohibente eodem, fundum, venator ingressus sit, tradatur quòd fera animalia in fundo alieno capta, acquirantur capienti, proinde nec nostrum est distinguere. *arg. l. 8. ff. de publ. in rem act.*

Et quæso, qua ratione venator, qui invito domino fundum ingressus est, ad restitutionem ferarum ibi captarum urgeri poterit? Cùm capiendo feras ibidem, easdem domino non abstulerit, feræ enim bestiæ, meæ non sunt, nisi eas incluserim. *arg. d. §. 12. Inst. de R. D.* privatio autem, ubi habitus non antecessit, esse nequit. *l. 96. ff. de cond.* & *demonst. cap. 22. x. de homicid. l. 38. ff. de V. O.* Marquard. *de probat. Conclus. 13. n. 3. vol. 1.* Hartm.

 Pi-

Pistor. *qu. 29. num. 17. p. 2.* Et restitutio ita demum fieri potest, ubi quid ablatum fuit, quod in pristinum statum deponi potest *l. 24. §. 4. ff. de minorib. 25. ann.* Ant. Gomez *variar. resol. l. 2. c. 4. num. 1.* Gail. *l. 1. Observ. 114. num. 2.* quam Sententiam egregiè, quoque statuminat, *text. l. 3. §. 1. & 2 ff. de A. R. D.* ubi Cajus JCtus loquitur in illis terminis, quando venator contra prohibitionem domini fundum vel sylvam ejus ingressus fuerit, & nihilominus JCtus, significat ibidem; quòd & in his terminis feræ per venationem captæ eidem acquirantur, nec restituendæ sint, consentit. Münsing. & Schneidewin. *in d. §. 12. Inst. de R. D.* B Textor. *in Synop. J. G. cap. 8. num. 18.* nihil quicquam officiente *d. l. 55. de A. R. D.* ubi JCtus *d. l. eum casum* quo in alieno *cum voluntate domini* laqueum posui, in quem incidit aper, ab *illo*, quo *sine voluntate domini* laqueum posui, *distinguit*, quod non fieret, si utroque casu aper inhærens mihi acquisitus fuisset, vid. Rebhan. in *Sel. quæst. Justin. d. 6. qu. 2. num. 1. & seqq.* unde competere dicunt actionem furti *d. l. 55. sed contra §. 4. Inst. de usuc.* & loquitur *d. l. 55.* de apro nondum capto, sed laqueis tantùm irretito, qui priusquàm exemptus fuerit à venatore, ipsi non acquiritur. vid. Prukm. *d. tr. de venat. 2. num. 30. & 31.* Et cùm in fine JCtus *Proculus* rejectis distinctionibus in principio positis, in quibus magis relatorem egerat, *simpliciter decidit, aprum meum esse factum, si in meam potestatem pervenerit*; pervenit autem in meam potestatem, si laqueo ita irretitus est, ut se ex illo exuere nequeat. Id quod sequentia verba indicant,

cant, & innuunt, scil. *aprum meum desinere esse, si quis illum in suam naturalem laxitatem dimiserit, actione in factum mihi contra eum concessâ*, add. Bocer. in *Com. Inst. ad* §. *12. de R. D.* & Ludwel. in *Com. ad eund.* vid. Textor. *de Jur. venand. th. 10.* Ant. Matth. *ad Inst. ad h.* §. *num. 9.* Stryk. *vol. 1. diss. XI. de jure Navium cap. 3. num. 34.* Quòd si tamen hæc conciliatio non placeat, dùm scil. ita accurata & laboriosa JCti distinctio arguitur *otiosa*, & quasi ad quæstiones propositas seu motas non responderit, uti ea non placet. C. J. A. *d. tit. 1. lib. 41. num. 17. dici potius poterit*, quod non agat præfatus textus de apro rectè & immediatè capto, sed de eo, qui in laqueum per me venandi gratiâ positum, inciderat quidem, nondum autem per me occupatus fuerat, in qua sanè specie proculus luculenter *distinguit*, *utrùm* in publico, *an* in privato laqueus à me positus sit; Et si in *privato*, utrum in *proprio vel alieno*. Etsi in *alieno*, utrum *cum*, & sine *permissu* domini, cujus fundus erat, sub qua distinctione proculus sentit, si in *publico* vel *proprio* laqueus à me positus sit, aprum, qui inhæsit, ut luctando se eximere nequeat, statim & citra occupationem meum effici hoc *in casu*, adeòque actionem in factum adversus eum esse dandam, qui eum explicavit, & in suam naturalem laxitatem redegit. *Sin autem retinuerit*, furti actionem esse dandam; *Quod si* autem in *aliena* cum voluntate *domini posuerim*, idem respondendum esse, *si contrà voluntatem domini*, *secus* tunc statuendum esse; quòd hoc in casu aper laqueo

per me posito illaqueatus, quàmvis luctando se expedire non possit, ante occupationem per me factam non intelligatur meus esse, ex *hac ratione differentia manifestâ.* Cùm enim laqueus, vel in publico, vel in meo, vel in privato, domini voluntate interveniente, per me positus est, & aper in eodem laqueo inhæsit, certum est, me, nemine prohibente, locum publicum, proprium vel privatum ingredi, & ibidem inhærentem aprum occupare posse, quam ob rem, cùm certum sit ipsum aprum per me occupatum iri, etiam antè occupationem pro occupato habetur, & per consequens meus esse factus intelligitur; At verò, si *in alieno*, prohibitione domini interveniente, laqueus à me positus est, aper, qui incidit, & ibidem hæsit, antequàm per me occupatur, non intelligitur meus esse; cùm multa accidere soleant, ut eum non capiam. *P. 13. Inst. de R. D.* add. Grot. *Jure belli & pac. 11. 8. 3. in fin.*

Nam verisimile est, quòd dominus, contrà cujus prohibitionem posui, propter injuriam sibi factam, non passurus sit, me ingredi apri capiendi causâ, sed quod vel *privatâ*, quod facere potest (qui enim invito domino in fundo permanet, non sinit possidentem re uti suo arbitrio, sed facit aliquid, per quod liberam possessionem adversarii non relinquit, qui autem hoc agit, vim facere dicitur *in l. 11. de vi & vi armat.* qui verò vim facit, vi repelli utique potest. *l. 1. Cod. unde vi* Carpz. *tr. crim. p. 1. ubi de rerum. divis. tractat.*) vel *publicâ* scil. Judicis authoritate, me sit depulsurus, atque adeò apri occu-

cupationem impediturus; Atque hanc *fuisse sententiam JCti in hoc l. 55. ex eo cernitur*, quòd post distinctiones à se positas, subjicit, hanc esse summam prædictæ distinctionis, ut, si in meam potestatem pervenit aper, meus factus sit, vid. Harpprecht. *ad d.* §. *12. Inst. de R. Div.* Nec dici potest, hanc venationem & occupationem ferarum inutilem esse, & per consequentiam ad acquirendas feras non conducere. Cùm ingressus invito ac contradicente domino factus, tanquam venationis initium sit vitiosus, & in legem commissus, ut adeò consequenter ex facto illo, cui lex resistit alienum fundum intrans nihil acquirere debeat. *l. 5. Cod. de legib.* Et cujus initium sit vitiosum, id totum sit vitiosum per *l. 1. ff. de orig. jur. l. 13. ff. de his quo not. in fam.* Cùm cujusque rei principium, sit inspiciendum & juxta id finis judicandus; actus autem venandi suum initium habeat ab actu ingrediendi. Cùm actus *ingressionis* ab actu *occupationis* probè distinguendus sit, juxta §. *14. Inst. de R. D. l. 13. P. ult. ff. de injur.* ingressionis solummodò actus contra domini voluntatem factus lege prohibitus est, non etiam actus occupationis. *P. 12. t. St. de R. D. l. 3. §. 1. ff. de A. R. D.* quare à diversis malè fit illatio. *l. ult. ff. de column. l. 20. ff. de minori 6. l. 38. §. 5. ff. de V. O.* Carpzov. *in Imper. forest. Part. 2. constit. 53. def. 9.* Quod autem attinet superiorem regulam, quod, cujus initium sit vitiosum, illud totum quoque sit vitiosum per *d. d. LL.* sciendum est, quòd hæ de uno eodemque actu loquantur,

non verò, uti in præsentiarum est, cùm duo *separati* diversique sunt actus, nimirum *ingressus* & actus *occupationis:* Præterea quando initium est illicitum, finis autem licitus, qui non necessariò sequitur principium, spectandus tunc est finis, non verò initium *per text. l. 14. P. 2. ff. de bon. libert.* Nec etiam dehinc dici poterit, aliquem per hanc venationem ex sua improbitate contra dispositionem *leg. 27. §. 25. ff. ad L. aquil. l. 12. p. 1. l. 14. §. 3. ff. de furt.* sentire lucrum; Cùm non sequatur, ingressus contra domini prohibitionem exercitus illicitus & injuriosus est, *d. l. 13. §. f. ff. de in jur. l. 16. ff. de Serv. Rust. præd.* Ergò etiam Ipsa occupatio illicita erit.

Sed instas porrò, quod fructus ex alieno fundo capiens & colligens contra domini voluntatem eos non acquirat, sed potius eorum furtum faciat, *l. 26. ff. de usur. l. 9. §. 3. l. 26. §. 1. de usufr. l. 12. §. 5. eod. l. 27. §. Si olivam. ad L. Aquil.* Ut adeò, nec venator prædium alienum invito domino ingrediens, ferarum occupatione quod cepit, non acquirere, aut suum facere possit, cùm venatio sæpè numero in fructu sit. *per. l. 9. §. 5. l. 62. pr. ff. de usufr.* & sic talis venator intercipiat aliquid, quod in fructu sit, & aliàs malæ fidei possessor, rem unà cum fructibus restituere cogatur *per l. 17. & l. 22. C. de R. V.*

Verùm & hæc objectio corruit, *adhibita distinctione fructuum : fructuum* namque significatio *Generalis* & *specialis est.* In *illa* omnes omninò reditus & obventiones sive naturaliter ex re nascan-

ſcantur, ſive induſtria hominis percipiantur, ſignificat. Qua ſignificatione etiam uſuræ, penſiones ex locatione perceptæ, fructibus annumerantur vid. *l. 62. ff. de uſur. l. 9. aucupio in l. 02. §. 1. de uſufr. l. 12. §. 5. cod. l. 27. §.* Si aliquem *ff. ad L.* Aquiliam vid. *l. 55. de A. R. D. & in ſpecie*, latè donell. *in tr. ſuo de fruct. cap. 1. circa med. verſu, itaque res eo evaſit. Hac ſpeciali verò ſignificatione*, ea ſolummodò intelliguntur emolumenta, quæ *naturaliter* ex re naſcuntur, ut probat *text. in l. 33. ff. de R. V.* qui itaque fructus, qui ex re naſcuntur, ſolo adhuc cohærentes, invito domino ſeparat, & aufert, furtum utique committit. *d. l. 51. furt. ff. de uſufr.* Si quidem hi *pendentes* fructus intelliguntur eſſe *pars* fundi, & ad eundem pertinent, ad quem fundi dominium ſpectat, quia cohærent fundo uno loco affixi, quod de feris beſtiis in fundo noſtro liberè vagantibus notoriè dici non poteſt; ut pars fundi dehinc nec intelligantur, nec ad dominium fundi ſpectent, quamobrem, & ſi in *fructu* ſint, ſecundum *generalem fructuum appellationem*, non tamen ſunt in *fructu* ſecundum *ſpecialem* illius vocabuli ſignificationem, & *proprie*, cùm in naturali libertate ſua relictæ adhuc ſint. *arg. l. 3. §. 4. de A. R. D.* Ludwel. *ad Inſt. §. 12. de R. D.* & venatio in fructu eſt, non *Jure dominii*, ſed *Jure occupationis*, ſi dominus fundi, vel uſufructuarius feras ceperit, & acquiſiverit *d. l. 62. ff. de uſur.*

Et propterea ipſa venatio & occupatio ferarum qua talis fructus fundi dici nequit, Struv. in

S. J. Civ. Exerc. 12. th. 16. ubi hanc. l. 26. de usur. ita explicat, add. Franzk. *Exercital. Exercit. 4. n. 12. & 13.* Unde etiam hæredes allodiales, quocunque tempore, vasallus decesserit, sine Consensu domini directi vel etiam agnatorum jus illud nequaquàm exercere possunt, nisi singulari consuetudine vel pacto aliud constitutum appareat. Dn. Collega Dr. Schweder. *de fructib. feudi* §. *22.* vid. C. J. A. *de A. R. D. de venat. th. 19.*

Cùm itaque non sint in dominio illius, cujus est *fundus*, sed communes maneant, nulliusque sint, donec occupentur, consequens est, ut venator, qui contra prohibitionem domini sylvæ, vel fundi, eas capit, neque furtum, neque aliud illicitum committat. *arg. l. 1.* §. *15. siquis testam. liber. esse jussus* §. *1. & 8. t. de obligat. quæ ex delict.* vid. Franzk. *Exc. 4. num. 2. & 3.*

Et licet malæ fidei possessor fructus restituere debeat, *l. 22. C. de R. V.* hoc tamen ad talem venatorem invito domino fundum ingredientem, ibique feras capientem perperam applicatur, quem *malæ fidei possessorem*, esse pernegamus, dùm is *malæ fidei possessor esse dicatur*, qui rem alienam sciens prudensque occupat, auffert vel possidet, quòd à tali venatore longè alienum est, quæ enim ab illo capiuntur feræ, non sunt res alienæ, nec ante occupationem ullam habent dominum, sed omnium sunt *communes*, unde occupans eas, non ut rem alienam, sed suam jure Gentium sibi acquisitam possidet. *d.* §. *12.* Multò minus eum dehinc scientiam habuisse rei alienæ, & per consequens

quens in mala fide constitutum esse, dici potest. vid. Harppracht. *d.* §. *12. de R. D. n. 17. cum seqq.* consent. Bachov. *2. dec. 20. th. 2.* Arumæus *disp. 4. Ex. 21.* Pruckm. *de Regal.* §. *venatio, cap. 6. num. 2.* diss. Matth. *de Afflict. dec. 321. num. 13.* & acriter Rebhan. *in select. quæst. Justin. dec. 6. qu. 2.* addatur B. Kulpis *in not. ad* Grot. *2. 5.* Loccam. *ad* §. *12. J. de R. D. n 29.* de jure tamen Germanico capientem feram bestiam eam non facere suam, sed debere domino soli reddere existimat. Schilter. *Exercitat. ad P. 45. 10.* per textum speculi *Suevic. 137.*

Thes. VIII.

Cùm autem prohibitio legis de non ingrediendo fundum alienum, contrà domini voluntatem, id non efficiat, ut ferarum acquisitio non obtineat, multò *minus Judicis præceptum de non ingrediendo fundum hanc acquisitionem ferarum impediet*, quia nec per hoc præceptum fit, ut feræ in fundo alieno consistentes desinant esse nullius, & ut domino fundi applicentur. Covarruv. *d. c. vetat. 5. num. 3.*

Thes. IX.

Similiter dehinc contra *legis municipalis* vel statuti *prohibitionem feras capiens, eas suas faciet,* cum nec sic ferarum acquisitio statim prohibeatur, nec oriatur à venatione prohibita statim inhibitio domi-

dominii ferarum aut obligatio restituendi. Sebast. Medic. *de venat. Const. 7 num. 1. Cond.* Covaruv. *in c. peccat. 1. prælect. §. 8. de R. J. in 6to.* B. Frommann. *in dec. thes. casumque ad. J. de R. D.* quæ omnia omni carent dubio, *si ita interdicatur captura*, ut addita pœna liberum maneat, cuique vel capere vel pœnam hoc nomine solvere. vid. B. Stryk. de foro *Conscient. cap. 3. num. 26.* vid. etiam Sebast. Medic. *dict. Const. 7. num. 14.*

Quibus & similibus assertionibus frustrà objicitur *l. non dubium 5 Cod. de legib.* ex qua Ddres notant, quòd prohibito uno, omnes etiam effectus ex eo procedentes intelligantur esse prohibiti, quo etiam facere videtur. *l. donationes ff. de sponsalib. ubi prohibitis sponsalibus, intelliguntur etiam prohibitæ nuptiæ*, quæ sequuntur ex iisdem; cùm jura allegata in eo procedant, quando legis prohibentis ratio non tantùm in re prohibita, sed etiam in eo locum habet, quòd ex re prohibita sequitur. Tunc etenim res non tantùm immediatè prohibita, sed etiam quod ex eadem sequitur, nullius est momenti, *secus autem* est, *ubi* ratio prohibitionis militat tantùm in eo, quod verbis expressis interdictum est, non autem militat in illis, quæ ex prohibitione sequuntur, tunc enim irrito constituto eo, quod contra expressam L. L. prohibitionem factum est!, firmum nihilominus permanet, quod ex eadem sequitur. Ddres *in d. L. non dubium. C. de L. L.*

Thes. X.

Illa tamen venatio ferarum contrà prohibitionem *Prin-*

Principis illis in locis, ubi soli Principi jus venandi competit, facta, nulla libertate relicta capiendi, effectum acquisitionis non producit; cùm talis prohibita venatio, non causa honestatis, vel simili ratione nitatur, sed ideò interdicatur, ne principi venando feta præripiatur, ut adeò hoc modo ex mente & ratione legis prohibentis per occupationem ferarum venatori nihil acquiratur. Et talis captor hic velut *principis operarius* esse videtur, qui ultra neam, licet parum gratam operam, hoc in casu præstitisse censetur, non secus ac alius venator à Principe authoratus capiendo feras Principis fecisse credendus est, vid. B. Dn. Collega Harpprecht. *in Vol. Noviss. Consf. 28. num. 123. & 125.*

Non *obstante eo, quo* alii è contra in contrarium moventur, quasi privatus in his, quæ contra voluntatem Principis agat, ejus Instrumentum esse non possit, &, quód occupatio sit modus acquirendi J. G & non prohibitio domini, quæ efficere non possit, ut res quæ nullius est, ejus fiat, vel ut res nullius, non fiat occupantis vid. *l 16. de S. P. R.* licet jam ante ab alio fuerit capta, quod ergò nullius sit, cedat occupanti, aut quód non acquisitioni animalis, sed juri venandi saltem derogetur, auferatur autem ipsi tanquam indigno, æquè ut bombardæ, laquei, retia, hinc si in alium b. f. accipientem translata ipsi nequeat aufferri ex ratione *in l. 131. de V. S.* Si quidem per talem prohibitionem Principis jus inducitur, nequis præter Principem easdem occupando suas in posterùm facere queat, cùm sic jus occupandi talis venator non habeat.

vid.

vid. Dn. Stryk. *de foro Conscient. Cap. 3. num. 29. 30. & seqq.* Secus tamen est, si ita saltem interdicatur capturæ, ut additâ pœnâ liberum maneat cuique, vel capere, vel pœnam hujus nomine solvere, quo casu manent feræ nullius, quæ dehinc capi possunt & retineri salvâ conscientiâ. Stryk. *d. loc.* de quo etiam jam supra. Venator autem uti invito domino fundum ingredi non debet, juxta superiora, ità nec poterit invito domino ejus ibi subsistere. *arg. l. 8. §. justos. ff. si servitus vindic. & l. 6. §. ut bon. ff. de servit.*

Etsi dominus fundi venatorem ab ingressu fundi arcere potest, ne, postquam ingressus est, invito domino aliquid faciat vel instituat, multò magis igitur prohibere poterit, ne jam ingressus, invito eo ibidem ambulet vel consistat, quòd, si hac prohibitione spretâ, agere, vel ambulare pergat, actione injuriarum pariter tenebitur, dùm ita vim & injuriam domino infert, *l. dùm facit. ff. de vi & vi armata.* Venator tamen, dùm in actu venationis est, capi propria authoritate, & detineri per dominum fundi, de jure non potest. *arg. c. quia verò 7. Novel. 134. & tot. tit. C. de privat. in carcer. inhib.* Joh. Harpprecht. *pag. 1. disp. 10. 11.*

Thes. XI.

De cæterò, quod diximus *venatorem contrà domini prohibitionem ingredientem quod cepit suum facere*, restringendum est, ut non obtineat, si aliud consuetudine aut lege municipali introductum sit, ut scil. præda in fundo alieno capta capien-

pienti non acquiratur. Joh. Faber. in *d. §. feræ Inst. de R. D.* Roland. à Valle *Conf. 9. num. 26.* Cusumm. in Consuetud. Burgund. *§. 7. Concl. 1. num. 8.* quo facit etiam *text. in §. constat. Inst. de J. N. G.* & Civ. explorati Juris est legem humanam impedire posse factum acquirentis, & efficere, ut occupatio acquisitionis effectum non producat. vid. B. Dn. Osiander in not. ad Grot. *lib. 2. cap. 8. p. 585.* add. *pag. 669.* Ziegler *de jure venandi. th. 24. 25. & seqq.*

Imo videntur feræ nondum captæ juxta multos in *dominio Principis* esse, quia una cum solo sint in dominio universitatis, ut olim, ita nunc, Principis, neque opus esse actu aliquo corporali, nisi ad possessionem singulorum capiendam, vid. Schilter. ad *pand. exerc. 45. num. 9.* Hunnius *in disp. de jure venand. th. 14. pag. 245.* apud Fritsch. *in d. suo tr.*

Thes. XII.

Illud indubium est, posse Principem (cujus est bonum publicum curare, *arg. pr. Inst. de pœna temerè litig.*) hujus causâ tanquàm promotorem publicæ salutis) qui de damno vitando, subditi autem de futili lucro tantùm captando sunt soliciti, quod posterius odiosum, & in spe nimis incerta & caduca consistit; ut nec in bonis nostris esse dicatur. *arg. l. 36. inf. pr. ad L. falcid.* Joh. Harpp. *part. 1. disp. 10. de venat. n. 10.*) venationem alteri prohibere *per l. 15. §. 2. ff. de Rei Vindicat.* ex

qua apparet rem privatam per Imperatorem publicæ necessitatis vel utilitatis causâ interveniente, in præmium alicui assignari posse. vid. Rebhan. *dec. 6. q. 1. num. 12.* nec movet, si regeras in hâc facti specie, propter delictum possessoris, vel propter rebellionem, vel defectionem ab Imperio agrum ablatum & militibus assignatum fuisse, optimo jure fieri potuisse, dùm constet propter delictum rem suam alicui per Magistratum auferri posse. *t. t ff. de Jur. Fisc. t. t. C. de bonis damn.* Cùm hæc interpretatio JCto nequaquàm conveniat, quippe qui dicit *in d. l. 15. modico honoris causa possessori dato*, si enim possessor agri propter rebellionem vel defectionem ab Imperio, vel similem ob causam delicti agro privatus fuisset, nihil ei honoris causâ datum fuisset. *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Confirmatur etiam sententia nostra *ex l. 11. ff. de evict.* ubi Juris Consf. Claris verbis ostendit, in facti specie ibi proposita ex decreto Principis prædia partim distracta, partim militibus in præmia assignata fuisse, in qua assignatione publica vertitur utilitas.

Innuit ergò JCtus Principem ob Publicam utilitatem vel necessitatem alicui rem suam auferre posse. Et fundatur jus hoc, ut ostendit Bœcler. *in Inst. Pol. pag. 363. in dominio eminente*, quod est potestas in cives, & res civium boni communis causa, vi hujus juris, ea, quæ communia suâ natura aliàs sunt, requirente ita publica Authoritate, supremus Imperans sibi vindicare potest, ut adeo

fe-

feræ beſtiæ non ſint res nullius, ratione *Imperii*, ſed ſolùm *dominii privatorum*, nec obſtat, ſi excipias præfatum textum de tali caſu, in quo propter emptoris delictum prædia eidem adempta & militibus aſſignata fuerunt, loqui. Hæc namque expoſitio non ſatis apta eſſe videtur. Si enim in hac facti ſpecie propter delictum & culpam emptoris fundus publica authoritate ademptus fuiſſet, quorſum dubitaret Paulus. Nam periculum hujus ademptionis ad venditorem pertineret: Cùm certi juris ſit, quòd periculum rei propter emptoris culpam evictæ, venditorem non attingat, *l. 8. §. fin. C. de evict.* Quin imò non intelligitur evictum eſſe emptori, quòd propter culpam ſuam amiſit, loquitur autem JCtus de prædiis evictis, intelligit autem prædia ſine emptoris culpâ eidem ablata fuiſſe.

Quod autem dicitur, quòd id, quod noſtrum ſit, nobis ſine facto noſtro eripi non poſſit, id duplici *reſponſione tollitur*. Siquidem hæc regula non procedit, ſi *juſta* interveniat *cauſa*, ob quod id, quod noſtrum eſt, nobis eripi non poſſit, juſta autem cauſa eſt neceſſitas & utilitas publica. *arg. l. 1. de uſurp. de uſucap.* Sic ſine facto & Conſenſu noſtro fieri intelligitur, quando Princeps publicæ utilitatis causâ, veluti in propoſito, noſtrum à nobis aufert, ſubjiciens namque ſe Principi, tacitè profitetur, ſe juſtis Principis ſui præceptis & decretis morem geſturum, & nullum Imperium detrectaturum: Et licet porrò nemò debeat alterius

causâ prægravari, noſtro tamen in caſu, effectu inſpecto, non prægravatur unus Civis, alterius causâ, nam reliqui Cives Contributione facta pretium refundere coguntur. *arg. l. 1. & 2. ff. ad L. Rhod. de jactu.*

Theſ. XIII.

Ità porrò citra Imperium Principes & Magnates, jus venandi ad ſe traxerunt in locis maximè publicis: vid. *textus* ſatis manifeſtus. *in l. nemò retia de pace tenenda & arg. l. unic. C. de venat. ferar. junct. l. potiùs in pr. C. de offic. præſid.* Et, dùm loca publica ejus Principis ſunt, cujus eſt territorium. *l. 3. ne quid in loc. publ. §. theſaur. Inſt. de R. D.* Hinc conficitur, quòd, dùm Dominus loci privati, ne quis fundum ſuum venandi gratiâ ingrediatur, prohibere poteſt, ità Principem optimo jure vetare poſſe, ne quis in locis publicis ad ſe pertinentibus, venationem exerceat, nec enim debet Principis deterior eſſe conditio, quàm privati, *l. item veniunt. 20. §. ait ſenatus. 7.* ibique Gloſſ. *ff. de hæred. petit. l. 1. & 2. de jur. Fiſc. l. 1. C. de conduct. præd. Fiſcal. lib. 11.* Rebhan. *d. l. eod. l. 4. 1. num. 9.*

Quibus accedit, quòd, dum Princeps ex causâ jus privatorum auferre poteſt, *arg. l. 1. §. ſi quis ff. ne quid in loc. publ. l. 15. §. 2. ff. de R. V. l. 11. ff. de evict. add. §. fin. Inſt. de his qui ſui vel alien. Jur. ſunt. arg. l. 1. de uſucap. confer.* Carpz. *in pract. crim. qu. 84. num. 12.* Franzk. *Exerc. 4. qu. 2.* Ità ſimiliter venationem prohibere poſſit. Cui enim licet quod majus eſt, uti eſt dominium

rei

rei ſuæ (quod certum eſt) auferre alicui, ei etiam licebit, id quod minus eſt, (ſcil. venationem) interdicere, quæ plerumque incerta, cùm tota in *ſpe* conſiſtat, & multa in ea contingere poſſunt, ut venator nihil capiat, eumque ſpes fallat. §. *illud. Inſt. de R. D. l. naturalem.* §. *illud ff. de A. R. D.* & de hinc hic nec jus *quæſitum* aufertur. *contra l. 4. C. de emancipat*: ſed demum jus *quærendum* ſeu non jus in re ſed in ſpe, vid. B. Dn. Stryke *de jure principis ſubterraneo cap. 1. num. 35.* Inſuper, cùm Principis ſit prævidere, ne ferarum depopulatio introducatur, ejus quoque erit lege & interdicto cavere, ne indiſcriminatim venationi operam dare cuilibet liceat. *arg. l. unic. C. caduc. tollend. l. 2. C. de Condict. incert.* Vix enim Centeſimus conceſſa promiſcua venatione vitam ruſticis vel aliis laborioſis exercitationibus natam dederet, ſed plurimi, dies noctesque in ſylvis latitarent, & feris inſidias ſtruerent, ad earum totalem internecionem. Textor. *d. diſſ. 9. th. 31.* in luxum vitamque inordinatam miſere diffluentes & torpeſcentes. Cruſius *de indic. delict. ſpecial. p. 3. cap. 11. num. 21.* add. Hering *lib. 1. qu. 15. voc. Forſt-Recht.* Carpz. *tr. Crim. part. 2. qu. 84.* Ertel *in praxi Aurea p. 2. in der acht-und zwantzigſten Ubung. fol. 274.* laud. Frommann. *diſſert. de Condominio territor. cap. 6. th. 36.* Pruckmann. *tr. de venat. cap. 4. th. 16. cum ſeqq.*

Nec huic ſententiæ contrariatur locus S. S. in cap. 1. Geneſ. V. juxta quem venatio eſt Juris divini, ità ut à providentia divina hominibus

indiſtinctè conceſſa videatur, ubi dixit Deus ad protoplaſtos, *dominamini terræ, & imperate piſcibus maris & volatilibus Cœli, & omnibus reptilibus reptantibus ſuper terram* & verſ. 28. ibi: *replete terram, eamque vobis ſubjicite* add. Geneſ. IX. 1. & 2. *& locus* Levit. XVII. 13. Syrac. cap. XVII. 4. Pſalm. VIII. Cùm non poſſit hic locus de tali dominatu intelligi, qui conſiſtat in ferarum venatione, aut occupatione promiſcue liberâ, aliàs id abſurdum ſequeretur, quòd non tantùm feræ, ſed & manſueta animalia omnia tanquàm communia, à quovis, uti ab initio talia fuerunt, occupari poſſent, unde vinculum ſocietatis facilè rumperetur, ut nullum animal poſſet eſſe in alicujus privati dominio, vid. Herold. *obſerv. foreſt. conſult. deciſ. 6.* apud Fritſchium *in corp. jur. venat. pag. 1151.* proinde illius textus hæc genuina eſt ſententia, *hominem omnibus animantibus dominari* h. e. *ſuper omnia animantia Imperium habere, & ut eum, licet ferociſſima ſint beſtiæ, tanquàm dominum & ſuperiorem metuant, expaveſcant, & fugiant ex* Geneſ. cap. IX. 2 *ibi & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.* Goswin. ab Eſpach. ad Carpz. *J F. p. 3. Conſt. 32. def. 17.* add. B. Dn. Collega noſter Hochſtetter. in Colleg. Puſend. *Ex. 8. § 2.* vid. Rebhan *infel. qu. Juſtin. dec. 6. q. 2.* Hinc eſt quod feræ, juxta ordinarium naturæ curſum, viſo homine terrore quodam percutiantur, nec accedentem facilè admittant, velut ab ipſa natura edoctæ, homines ipſis inſidiari, vitæque adimendæ habere poteſtatem Geneſ. IX. 3. proinde venatorum inſidias fugientes ut plurimum

in

in denfiffimas Sylvas abditaque loca fefe abripiunt, proinde varia perfugia vitæque fervandæ præfidia quærunt. Nec *præceptivè* fed *enunciativè*, *permiffivè* faltem loquitur, ut fic non fit venatio Juris naturalis *præceptivi* feu *pofitivi*, fed folùm *negativi*, feu non eft Jur. Naturalis *concedentis*, fed faltem *permittentis*, Grot. *de J. B. & P. lib. 2. cap. 3. §. 5.* Struv. *in S. J. C. Ex. 41. th 10.* quia jure naturali nullis funt applicatæ feræ beftiæ; Deus enim non animalia ipfa Adamo, fed poteftatem ea capiendi faltem dedit. Ideò lex humana poteft ea uni potius quàm alteri ex causâ concedere, cùm jus naturæ tali refpectu arbitrio humano permifetit, an & quomodo facultate illa naturali conceffa, uti velit vel nolit pro rerum exiftentia, vid. Carpz. *in jur. Civil. p 2. qu. 84. num. 11.* vel habet hæc conceffio, privilegii, non præcepti rationem. Pufendorf. *Elem. Jpr. Univ. lib. 1. P. 7. p. 4.* add. Hunnius *de jure venandi th. 4.* & omnino C. J. A. *de A. R. D. de venatione num. 12. & feqq.*

Hinc minus valida eft hæc argumentatio. Hoc Jure naturali permiffum eft, ergò per legem humanam prohiberi non poteft. Multa enim funt jure naturæ licita, quæ pro Reipublicæ utilitate per legem humanam prohiberi poffunt. *per d. l. 77. §. 20. de leg. 2. §. 26. ff. de S. P. V. l. 6. de Juft. & Jur.* qui enim imperium habet in terras & aquas, ejus etiam lege impediri poteft, ne quibusvis feras, pifces, aves capere, & capiendo acquirere liceat. B. Struv. *in S. J. Feudal. cap. 6. aph. 7. num. 3. ubi hac lege etiam exteros teneri di-*

 cit,

cit cum Grotio *de Jure Belli & Pacis. lib. 2. cap. 2. num. 5.* add. *cap. 6. aph. 7. num. 1.*

Et Principes hoc sibi vindicarunt in compensationem laborum publicorum, quos intereſt etiam, ne ſcil. tota ſpecies multitudine venatorum eradicetur. vid. Cruſius *de indic. delict. ſpec. p. 3. c. 11. num. 8. ubi ſaltus & ſylvas Cheruſcorum Comitum ſuorum de Stolberg, antiquitus ferarum fertiliſſimas, jam ſteriliſſimas per uſum penè promiſcuum privatis indultum celebrari notat:* Inſuper, ne ejus dulcedine venationis illecti, ab agricultura & opificiis, aliisque neceſſariis vocationis officiis avocentur, & invitentur uſu armorum conceſſo venandi causâ ad inveſtationes viarum publicarum aut tumultus & ſeditiones exercitandas, natura enim ferarum efferati facillimè ab occiſione feræ ad hominis necem delabi poſſunt. B. Textor. *d. diſſ. de Jure venandi th. 31.* add. B. Dn. Cancellarius Oſiander *l. 2. cap. 2. num 5.* ad Grot. *l. 2. cap. 2.* add. *conſil. 26.* apud Fritſchium *in corp. jur. venation. foreſt. p. 889. C. J. A. d. loc.*

Et quia Regibus & Principibus bona quædam fuerunt concedenda, unde dignitatem ſuſtinerent, eorumque Cameræ, menſæ, vel culinæ inde ſuſtententur, ut neceſſitate premente defectum annonæ vel menſæ carentis, ſupplere ſubditi tenerentur, non aliter uti corporis humani ſunt obligata membra inſervire culinæ vel ventriculo, unde ſpiritus ſuos ducant vitales. Sapienter exiſtimarunt veteres ab illis rebus incipiendum, in quo aliis Jus nondum quæſitum, & quæ ſine da-

mno

mno cujusquàm tribui possint, quales etiam sunt feræ bestiæ Grot. *de J. B. & P. lib. 2. cap. 8. num. 5.* vid. Carpzov. *in pr. Crim. p. 2. qu. 84. num. 12.* vid. etiam *Rescript Duc. Würtemb.* de anno 1551. quod extat *in der Forst-Ordnung Ducis* Christophori: *pag. 99.* ibi: *Darneben die Sachen mit diesen leichtfertigen Buben dahin gerichtet worden, daß sie angefangen im faulen Leben und Müssigang zu endlicher ihrer selbst auch der Weib und Kinder Verderben, in Hœltzern auch sonst allenthalben im Feld, sich heimlich verstecken, hin und wieder schliefen, und über das Fallen und Schiessen des Wild-Brets auch zu andern Hochsträfflichen Mißhandlungen Beraubens und mœrderischen Erschiessens gerathen.* add. *Rescr. die 29. Novembr. 1680.* ibi: *Zu Erhaltung allgemeiner Ruh und Nothstands, mit Versicherung der Strassen, und Erhaltung freyen Handels und Wandels, sonderlich damit der Haußmann von Faullentzen und üppichen Fürwitz abgehalten, um so viel mehr bey seinen Ambt- und Beruffs-Geschæfften embsiger angestrengt und gebunden werden mœchte*, add. *Constit. Ducat. Würtemb. publicata anno 1588. Ludovici Ducis gloriosæ memoriæ in præfat.* Carpzov. *in prax. crim. p. 2. q. 84. num. 6. th. 16.* Brunnem. *in paratit. ad Wesemb. l. 41. t. 1. qu. 9. & ad tit. C. de venat. ferar.* Besold. *Cons. 15. num. 322.* Illustr. Dn. Stryke *diss. de necess. edend. tit. poss. cap. 3. & D. de via facti Princip. Imp. permissa cap. 1. § 37.* Struv. *S. J. C. d. d. l. 41. tit. 1. Exerc. 41. th. 10.* Rebhan. *in decade quæst. 1. decade 6. q. 1.* add. Crusius *tr. de indic. delict. p. 3. c.*

11. num. 1. & seqq. l. autem 13. §. fin. ff. de injur. ubi *dicitur, quod nullo jure prohiberi quis possit usu piscandi, aucupandi, venandi interpretanda de privati hominis prohibitione,* non verò *de ea, quæ publica sit authoritate per Principem*, ut sic privatus non possit alium privato ausu venationibus prohibendo repellere, nisi præoccupaverit ejusmodi fundi usum & aliis prævenerit. vid. *l. 7. de divers.* & *tempore præscript.* Rebhan. *in Sel. qu. dec. 6. qu. 1 num. 23.* qua potestate prohibitiva in nostro Imperio Principes nostri aliique *Status Imperii* notoriè gaudent. *arg. cap. 2. de Constit. in 6. & cap. 2. t. x. major & obed.* Schrad. *2. p. 2. sect 10. num. 362.* add. Dominus ab Eiben. *de jure venandi d. th. 21. & seqq.* Ahasver. Fritschius *in Corp. Juris Forestal.*

Ut & *Nobiles Immediati.* vid. Dn. Collega. Schweder *in introd. J. P. part. special. sect. 2. cap. 18.* add. laud. Dn. Stryk. *d. §. 37.* Et dissimilis est potestas horum Principum & præfecti Prætorio, qui non potest statutum facere Juri communi contrarium. *l. faciam C. de offic. præf. prætor.* Hi enim non habuerunt potestatem perpetuam & ad hæredes transitoriam, ut illi habent, qui dehinc juri communi derogare possunt. late Schrad. *2. §. 9. Sect. 13. num. 36.*

Vicarius tamen *Principis* vel Præfectus ejusdem in certa Provincia sine speciali mandato subditis sui domini, qui hactenus venationibus usi sunt, easdem interdicere nequit. *arg. l. 2. C. de offic. præf. orient.* Et licet talis generale mandatum habeat expe-

diendi, quæ ad Provinciæ, cui præest, gubernationem pertinent, non tamen hoc mandato comprehenduntur, aut concessa intelliguntur ea, quæ ad alterius damnum vel læsionem vergunt. latè Cravetta *Conf. 168. num. 9.* Joh. Harpprecht. *part 1. disp. 10. num. 11.*

Thes. XIV.

Hoc autem, quod dictum Principem subditis suis venationem prohibere vel adimere posse, *non procedit.*

Si Princeps venationem per *modum Concessionis* vel *contractus* subditis suis concesserit, tunc enim ex contractu suo Princeps efficacissimè obligatur. Jus enim venandi etiam privatis exercendum concedi potest, vid. Dn. à Seckendorf. *im teutschen Fürsten-Staat. p. 4. Regal. 5.* §. 4. Myler ab Ehrenbach *de Stat. Imp. cap. 13.* Struv. *Exerc. 41. th. 10. arg. text in c. 1. x. de probat.* quem hoc, nec de plenitudine potestatis revocare posse tradit. Decius *in decis. c 1. n. 1.* sive contractus celebratus sit cum subdito sive cum alio, Grammat. *decis. 65. num. 126* Ant. Peregrin. *de Jure Fisci. cap. 3. num. 44.* Cujus *ratio* perspicua *est*, quia Princeps in contrahendo habetur pro privato, ut adeò in contractibus utatur jure communi, Decius. *Cons. 286. num. 7.*

Nam aliàs cum Principe nemo contraheret, & sic hominum commercio careret, quod principi grave & planè intolerabile esset. vid. Castrens. *Cons. 317. vol. ult. f. 1.* add. etiam Hartm. Pistor.

p. 2.

p. 2. l. 2. Conf. 140. Covarruv. *var. resolat. lib. 3. cap. 6. num. 6.* Prohibere quoque posse dominos Forestalem jurisdictionem habentes, ne quis in suis forestis venetur, & quidem sub certa & determinata pœna, notat: B. Myler. *d. tr. de Princip. & Stat. Imp. p. 2. cap. 73. num. 1.* Potest etiam quis non tantùm ratione ordinariæ potestatis sed etiam *jure præscriptionis* à venatione arceri, est enim res præscriptibilis *ult. in fin. Cod. de præscript.* Struv. *in S. J. F. cap. 6. th. 13. num. 2.* Klock. *v. 1. Consil. 10. num. 632.* eod. Brunnem. *dec. Cent. 4. dec. 24.* Maurit. *Consil. Chil. 1. pag. 7.* Et quàmvis illa quæ meræ facultatis sive naturalis libertatis sunt, nullo unquàm tempore aut præscriptione amittantur, *per text. in Can. possessores dist. 16. qu. 1.* add. *l. 2.* & ibi Gloss. & Ddr. *ff. de via publ. l. 9. ff. de usurp. & usucap.*

Attamen *res meræ facultatis sive voluntatis, etiam præscribuntur*, si in iis exercendis, prohibitio à quodam interveniat, & huic prohibitioni alter acquiescat, *abstinendo* scil. *longissimo tempore ab usu illius rei quæ meræ facultatis aliàs erat. arg. l. 10. ff. si servit. vind.* vid. B. Harpprecht. *consil. 90. num. 161.* Atque hinc compertum est, ut qui in flumine publico piscatur, si alios Ipse, nemine contradicente, volentes inibi piscari, prohibeat, & huic prohibitioni factæ illi non reclament, is constituatur ex eo tempore, in quasi possessione ibidem solus piscandi, ut & huic Juri præscribere queat *d. l. 77. de divers. & temp. præsc.* non obst. *l. 45. de usurp. & usuc.* Anth. Matth. *ad §. flumi-*

na

na Inst. de R. D. Ant. Thesaur. *dec. 16. num. 3.* B. Textor. *de jure venandi th. 25.* & omnis im f. præsumptio, quæ aliàs subesse posset, tollitur, per spatium *30. vol. 40. annorum.* sed vid. Paul. de Castro *Consil. 146. col. 2. l. 1.* Carpz. *l. 1. t. 5. resp. 44.* Hanc autem esse optimam *cautelam* pro *Principibus* aut *dominis terrarum*, ut faciant tales prohibitiones per *banna* & *proclamata pœnalia*: quia si subditi non contradicant, & ex hoc abstineant à venando, domini Ipsi constituantur in quasi possessione prohibendi, & dominus per longum tempus præscribat: Habetur *in consilio 14. de jure venat. forest.* apud Fritsch. *fol 835.*

Jus autem venandi à subdito præscribi non posse, contra Magistratum & Principes, concludit Thomas *diss. de præscript. Regalium ad jura subditorum non pertinente. cap. 3. §. 3.* ubi *Facult. jurid. Hallens in causa concernente jus venandi senatus H. anno 1693. mense Martio ita quoque pronunciasse refert. Weil die Unterthanen wieder Ihre Landes Obrigkeit sich mit keiner* præscription *schützen können,* add. B. Stryke *diss. de jure principis circa rationes civitatum. c. 3. num. 66. & seqq.* Sed vid. Klock. *vol. 1. Consil. 21. & 28. n. 235.* Sixtin. *de Regalib. cap. 5. num. 1.* qui *præscriptionem Regalium contrà superiorem etiam locum habere ostendunt.* scil. *immemorialem.* add. *R. J. de anno 1548. §. Wo aber innerbalb Menschen Gedencken 64. & act 5. §. 31. pacis Osnabrugg.* Maurit. *p. 1. consil. 1. num. 6.* add. omninò B. Stryke *diss. de possidente non meliore cap. 6. §. 12.* Et si *Princeps* saltus ferarum

rarum habeat, non jure Principatus sed *ut privatus*, tùm verò adversus eum præscriptio Eadem, quo adversus privatum obtinet, admittenda est, Mor. *de jure venandi p. 2. cap. 2. num. 20.* *Quod si vasallus contra vasallum, puta Nobilis contrà Nobilem, præscriptione jus venandi acquirat, Princeps tenetur tanquam Dominus Directus præscribentem agnoscere pro vasallo, illumque in feudo Juris venandi investire.* Cravetta *de antiquit. tempor. part. 4. §. absolut. 1. num. 27.* Berger. *de jure venandi feras. pos. 19.* qui pro ratione adducit. *Quia* ejusmodi Vasallus semel præscriptione jus utile acquisivit, quod ipsi vicissim à Domino interverti non possit. 2. quòd hîc nullum vertatur domini directi præjudicium, cùm ipse retineat jus directum, recipiat Juramentum fidelitatis, servitia ut antea de Venatorum Imperii munere. Olim in Imperio nostro quatuor ordinarios venatores *superiores* totidemque *inferiores* constitutos fuisse ex Gostaldo *Tom. Un. Constit. Imperial. pag. 84.* testatur Limn. *in J. P. lib. 1. cap. 7. num. 48.* add. Lehmann. *in Chronic. Spirens. lib. 7. cap. 35.* Et proceres Imperii nostri etiam Ordinarium Imperii venatorem elegisse credit Freherus *lib. 1. Orig. Palat. cap. 15. pag. 107.* quam deinceps dignitatem ad Würtembergicos Duces translatam ex Ipsorum Insignibus cornu venatorio, & cervino exornatis colligit. Daniel Otto *in J. P. cap. 14.* apud Fritsch. *in Corp. Jur. venat. p. 279.* Myler ab Ehrenbach ad Rumel. *diss. ord. A. D. p. 1. th. 29. dec. 4.*

Thes.

Thes. XV.

Hactenus de illis qui Venationem prohibere possunt, *dispiciendum* nunc *est*, *qui nam possint venari.* Cùm autem ferarum occupatio & acquisitio sit juris naturalis. §. *feræ. Instit. de R. D.* cujus omnes homines participes sunt, deducitur inde venationem omnibus concessam, ut *Regula Juris generalis* sit constituenda, *quòd venari omnes possint, nisi qui prohibeantur.* Servus igitur, cùm eorum, quæ juris naturalis sunt, capax sit. *l. quod attinet. de R. J. l. 12. in fin. de accusat. l. 13. de condict. indeb.* feras occupare venando poterit. Sic tamen ut quicquid venationibus capiat, non sibi, sed domino acquirat. Sic etiam *deportatus* vel *bannitus* à Civitate à venationibus non excluditur, sed venari, captaque venationibus sibi acquirere poterit, licet enim deportatus perdat ea, quæ Juris Civilis sunt, non tamen amittit ea, quæ Juris naturalis sunt, vel gentium, sed retinet. *l. quidam sunt. ff. de pœnis. l. inter pœnas. de interdict. l. fin. de capit. diminut.* §. *media Inst. eod. tit.* atque hinc deportatus potest contrahere & contrahendo sibi acquirere. *l. sibi.* § *in cujus ff. de mandat. l. ejus* §. *si cui l. sunt. quædam ff. de pœn.* Itaque *Hæc* est *verissima sententia*, si *primam venationis originem spectemus*, juxta quem venatio & occupatio omnibus est communis. *Cæterùm* cùm venatio *moribus* & consuetudine totius Germaniæ ab origine sua recesserit, & non amplius omnibus sit communis. Sed ad Principes, Comites, Barones, & alios jure investituræ privilegii vel præscriptionis devoluta sit. *Queri potest*,

utrùm

utrùm deportatus jus venationis quod tanquàm proprium sibi competebat, & *vel ex contractu vel præscriptione acquisierat, per deportationem amittat, ut hoc jure amplius uti non possit?* Quod igitur attinet *jus venationis*, quòd *deportatus* ex *contractu acquisivit, an id per deportationem amittat?* Concludimus per deportationem id non amitti, quia constat, quòd deportatus illa tantùm quæ ex jure Civili proveniunt, non verò ea, quæ Juris sint Gentium amittat. *d. l. sunt quidam cum simil. de pœn.* Jus autem venationis, quod deportatus ante deportationem ex contractu Juris Gentium adeptus est, non est Juris Civilis, sed *Gentium d. l. ex hoc Jure ff. de Id. & J.* consequitur ergò deportatum id jus etiam post deportationem retinere & usurpare posse.

Sed quid dicemus de Jure venationis, quod deportatus per præscriptionem acquisivit, retinebit ne hoc jus venationis post deportationem, an potius deportatione amittet? Quod primo intuitu affirmandum esse videtur, ex eo, quòd præscriptio sit Juris Civilis *l. 1. ff. de usucap.* & dehinc etiam dominium vel jus præscriptione acquisitum ejusdem Juris esse censeatur, cùm autem deportatus amittat *Civitatem* eaque omnia quæ à Jure Civili proficiscuntur, eapropter etiam perdet Jus venationis præscriptione sibi acquisitum, quoniam id Juris Civilis beneficio consecutus fuerat, *sed verius censemus*, ne hoc quidem Jus amitti deportatione, & negamus dominium vel Jus etiam præscriptione acquisitum, in solo Jure Civili, excluso Jure Gen-

Gentium, fundari, uti hoc latè probant commun. DD.vid. Bald. *in l. 1. num. 9. C.° de Jure aureor. annulor*. Jason. *in l. f. C. si contrà Jus vel ubi. lit. publ*. Parif. *Consil. 1. num. 105*. Decius *Consil. 35. num. 41. fol. 1.*

Thes. XVI.

Huic quæstioni non dissimilis est ea, utrum proscriptus, *Jus venandi amittat*? Quod affirmandum censemus *propter expressam ordinationem Cameræ p. 2. tit. 9. So jemands ist, so bald aber der oder dieselbe Friedbrecher also in die Kayserl. Acht gefallen seyn. add. R. J. de anno 1576. sub* Maximil. II. *§. ff. obwohl in obangezogenem*. Coll. Jurid. Arg. *d. tit. 1. lib. 41. de A. R. D. num. 20*. Gail. *lib. 2. cap. 2. de R. D. de pac. publ. num. 29*. Joh. Harp. *ad §. 12. 2. tit. num. 337*. Usfructuarius autem in Sylva vel fundo usufructuario liberè venationem & aucupium exercet, aut hoc aliis licitè pro certa mercede vel gratis concedit. *l. 9. §. 5. l. 62. ff. de usufr*. vid. Ludwell. *de feud. p. 252*. Idque procedit sive in venatione usufructûs consistat, de quo non est dubium per *dd. ll.* sive in eo non consistat. Si enim in hoc posteriori casu extraneus in alieno venari potest *per l. 3. §. 1. ff. de A. R. D. §. 12. Inst. de R. D.* cur non etiam *usufructuarius* in sylva usufructuaria venationem instituere posset? qui certè plus Juris habet in re usufructuaria, quàm *extraneus* aliquis, quòd vel ex eo manifestum evadit; quod extraneus ab ingressu fundi venationis causa per dominum prohiberi possit *d. l.*

3. §. *fera.* Fructuarius autem liberam ingrediendi & prohibitionibus proprietarii minimè sublatam potestatem habet. Quòd autem dicitur seu objicitur, usufructuarium non posse ex fundo usufructuario quid capere, nisi quæ in fructu sunt. *l. 26. ff de usuris.* Id sanè verum esse intelligitur, si respiciamus Jus usufructuarii, quo nihil aliud consequitur, quàm potestatem fructus percipiendi. *l. 1. ff. de usufr. cum similibus.* Sed Venatio, eo in casu, quo fructus fundi non consistit in venatione, non exercetur ab usufructuario jure usufructus, sed jure cujusvis extranei, qui nihil juris in fundo usufructuario habet. Frustra dissentiente Burckmanno *de venat. cap. 4. §. nemo. num. 68.* vid. etiam Berlich. *in decis. part. 1. decis. 151. num. 7.* Tabor *in racem. ad art. 169. O. Crim. in Respons. Epistol. p. 277. qu. 1.*

Thes. XVII.

Quæ hactenus autem de venatione *usufructuarii* diximus, ex dispositione *Juris antiqui & Civilis* locum sibi vindicant, sed ulterius considerandum est, *quid pro consuetudine & moribus Germaniæ usufructuarius sylvæ juris habeat.* Neque enim rectè dixeris jure nostro consuetudinario inspecto, quòd quilibet usufructuarius jus habeat venandi. Loquuntur enim jura supra adducta procul dubio de ejusmodi usufructuariis, quorum proprietarii, si haberent usumfructum cum proprietate conjunctum, haberent jus venandi, sed cùm hodiè non quilibet dominus in suo fundo jus venandi habeat per notata.

tata. Modest. Pistor. *Consil. 14. num. 23. vol. 1.* altius perpendendum est, *quem usufructuarius hac in re secundum consuetudinem Germaniæ usufructum habeat.* Et initio quidem, si privatus vendit, donat vel legat, usumfructum sylvæ, venationem usurpare nequit. Cùm enim venatio nostris moribus privatis rerum dominis, suis etiam in sylvis & nemoribus, interdicta sit; Et Principes non solùm in suis, sed etiam in privatorum agris jus venandi & prohibendi venationes sibi vindicaverint, proinde manifestum est; quòd per concessionem usufructus sylvæ à privato factam, Jus venationis non transeat; cùm nemo plus juris in alium transferre possit, quàm ipse habuit. *l. nemo plus Juris ff. de R. J.* Schrader. *de feud. p. 3. cap. 4. n. 47.* Noë Meurer *von Jagd- und Forst-Recht. p. 7. num. 118.* Besold. *in thes. pract.* voc. *Jagen.* confer Kœppen. *Decis. 15. num. 9.* & *Consilium 19.* apud Fritschium *in corpore juris venatorio forestalis fol. 871.* Mor *tr. de jure venand. p. 1. cap. 8.*

Thes. XVIII.

Sed *si quis Princeps usumfructum sylvæ, in qua ipse jus venandi habet, alteri concedat, intelligitur nec hoc casu jus venandi in alterum translatum esse, ut ille ad instar Authoris sui in eadem sylva venari possit, cùm per hanc Concessionem ea tantum jura & agri fundi vel sylvæ dedisse intelligitur; quæ Principi* vel *Duci* tanquam *privato* competunt. Non autem quæ *Domino* vel *Principi* jure *publico* & tanquam *Principi* vel *Domino* competunt atque debentur; quæ bo-

 norum

norum distinctio colligitur. *ex. l. fin. ff. qui potior. in pign. hab. & ex l. 6. ff. de jure fisci l. fin. Cod. de collat. fund. fiscal.*

Jus autem Venationis non est in *privato* Principis patrimonio, sed inter bona fisci & Principatus bona referendum; Dum in investituris de Ducatibus & Principatibus jus Venationis principaliter exprimitur. Adeoque non Principi tanquam *privato*, sed, ut modo dictum, tanquam Principi competit; Ut dehinc non obstet Illud, quòd concessa aliqua re immobili, omnia jura eidem adhærentia. Omnia ejusdem pertinentia ejusdem rei transferri intelligantur, sicque etiam per concessionem sylvæ jus venandi quod in eadem sylva habet.

Thes. XIX.

Sed quæritur; *Utrum Princeps, qui castri & Territorii cum suis pertinentiis usumfructum, alicui dedit, intelligatur una jus Venationis transtulisse; quod eidem Castro debetur, vel ad id castrum pertinet?* quod affirmandum censemus. Dummodo venatio illa castro & territorio usufructuario cohæreat, & de castri vel territorii pertinentiis sit. Pro qua sententia militat, *primò. text. l. 2. §. 12. ff. si servit. vindicet.* ubi JCtus notat, quòd usufructuario alicujus fundi facultas competat utendi servitute eidem fundo debita; atque Jus venandi quasi servitus quædam castro vel jurisdictioni Castri debetur. Et confirmat hoc insuper *cap. ex literis. 7. x. de jure patronat.* ubi usufructuarius omnium bonorum jus patronatus per electionem sive præsentationem

tionem exercere poteſt; Atque hinc inveſtitus de *caſtro cum territorio* conſequitur Jurisdictionem, merum & mixtum Imperium unâ cum omnibus reditibus Civilium & Criminalium cauſarum. Boer. *deciſ. 50. num. 11.* eleganter Molinæus *in Conſuetud. Parienſ.* §. *1. concl. 5. num. 59.* arg. *text. in l. 1.* §. *in initio de præfect. urb.* latè Schrader *de feud. part. 3. cap. 4. num. 53.* addat. Berlich. *part. 1. d. deciſ. 151.*

Atque huc etiam refertur, *quòd uſufructuarius caſtri vel territorii omnium pertinentium utilitatem vel emolumenta percipere poſſit.* Nec movet in contrarium, quòd uſufructuarii ſylvæ non poſſint venationes exercere, cùm longè alia ſit ratio inter *uſufructuarium Sylvæ* & *uſufructuarium præfecturæ* ſive *Caſtri* à Principe relicti. *Illo* enim in caſu, Princeps, quæ jure *Publico* in eadem ſylva competunt, & inter bona Principatus referuntur, ſicuti venatio, concedere noluit, ſed ea tantùm dare voluit, quæ jure *privato* in eadem ſylva ad ſe pertinent, veluti eſt jus lignandi, legendi glandem, & ſimilia. *Hoc verò caſu* per Conceſſionem uſusfructus Caſtri vel Præfecturæ manifeſtum evadit, Principem non illa tantùm, quæ jure *privato*, ſed etiam quæ jure *Publico*, atque adeò bona ad Principatum pertinentia, uſufructui ſubjicere voluiſſe. Cùm ergò certa ſit mens & voluntas Principis, quòd bona ad Principatum pertinentia, uſufructui deſtinare voluerit, conſequens eſt uſufructuario licere omnibus ejusdem Caſtri pertinentiis, ſive privato ſive Publico jure ad Principem ſpectantibus,

 uti

uti fruique, ergò hic usufructuarius non minus usurpare venationem, quàm merum & mixtum Imperium, cæteraque jura ad illud Castrum pertinentia exercere poterit. Weizenegger. *de venatione cap. 5. §. 20. & seq.* Michael. apud Klock. *1. consil. 29. n. 231.* Tabor. *in jure. ad art. 169. in Resp. epistolari subnexo.*

Thes. XX.

Similis *quæstio* est, *utrum Vasallus in fundo feudali venationem instituere possit?* Quid enim *si Princeps Sylvam alicui in feudum concedat, intelligitur ne per investituram sylvæ jus quoque venandi in eadem Sylva transtulisse?* Quòd *negamus.* Nam Princeps concedendo *Sylvam in feudum* in dubio ea tantùm jura, quæ ut *privatus* in ea sylva habet, non verò ea, quæ ut *Princeps* in ea possidet, dedisse & concessisse censetur, uti jam suprà ostensum est; Venatio autem in Sylva Principi non tanquàm *privato* sed tanquàm REGALE Principi competit. Et licet vasallus fundi feudalis usumfructum habeat, per *text. in c. 2. in fin. quibus ex causis feud. amitt.* usufructuarius autem fundi venationum reditus ex eodem fundo Jure percipiat. *l. 9. §. 5. & l. 62. ff. de usufr.* de quo jam suprà. Hoc tamen non extendendum ad ea, quæ hodiè Princeps ut Princeps habet, & ad fructus sylvæ propriè loquendo non pertinet jus venandi, ita ut ejus sit accessio, quod eam semper comitetur, sed Peculiare est Regale B. Dn. Grave. *de invest. th. 3.* Struv. *in S. J. F. cap. 6. aph. 11. n. 9.* add. Excell. Dn. Collega Dr. Schweder.

de

de Clausula investitura feud. cum pertinentiis th. 33. vid. etiam Finckelthus. *disp. 3. controv. 15.* Comment. noster *ad Jus feud. p. 221.* Fritsch. *tr. de convenat. membr. 2. cap. 2.* Imò, nequidem specialis Concessio venationis in investitura facta comprehendit venationem majorem. B. Dn. Stryk. *in Ex. J. F. c. 9. qu. 22.* Schrader. *de feud. p. 3. c. 4 n. 4.* Gail. *de Pign. obs. 24. n. 34.* Joh. Harpp. *ad d. §. 12. J. de R. D. num. 24.* laud. Collega *d. l.* *Regalium* namque Concessio strictè interpretanda, quia tendit in præjudicium successoris. Brunnem. *ad l. 3. de Constit. Princip. num. 6.* nec jus venandi *privato* competit, nisi *expresse jus venandi cum fundo emerit*, & speciale pretium venationis nomine renumeraverit. Quia *Privatorum* contractus *tertio*, nedum *superiori*, præjudicare nequit. Verùm *quid si Principis accesserit confirmatio?* nec tùm Principi fit præjudicium, quia confirmatio fit salvo Jure tertii & salvo Jure confirmantis. Gail. *l. 2. observ. 1. num. 16.* Hinc exprimi solet in Confirmationibus. *Jedoch Uns und Jedermanniglich an seinem Recht ohnschadlich.* Si verò non adjecta hæc sit formula subintelligitur. Et sic Judicatum à JCt. Lipsiens. teste Herold. *obs. 14. num. 130.* Berger. *de venat. superiori cap. 2. num. 24.* Sed quæritur. *An Circumseptam Jurisdictionem habens, aucupii Jus in suo fundo exercere possit?* e. gr. *Ob Er Macht habe auff seinem Acker Lerchen zu streichen.* Dn. Stryke *diss. de Jurisd. circumsepta v. 1. disp. 22. cap. 4. num. 18. & 19.* negativam defendit. Cùm hodie in alieno amplius venari non liceat & jus venandi non à Jurisdi-

ctione dependeat, sed ex concessione Principis vel alia Legitima acquisitione; insuper venatio in uno agro expediri nequeat, nisi per alios quoque vagetur & feram bestiam prosequatur, id verò cùm facere non liceat per agros alienos continuare venationem, meritò hoc jure abstinere debeat, is, qui alteram circumseptam jurisdictionem habeat. Talis autem aucupii jus in suo fundo exercere potest vid. Stryk. *d. l. num. 18. & 19.*

Thes. XXI.

Castro tamen cum territorio & pertinentiis alicui in feudum concesso, etiam jus venandi concessum intelligitur. Nam quotiescunque res aliena immobilis in feudum datur, toties transeunt omnia jura eidem cohærentia. *arg. l. 66. & 78. ff. de contr. empt. l. Jul. §. f. de act. empt. vend. & l. fures. eod.*

Quippe cùm Princeps Castrum vel territorium concedit, clara & manifesta est voluntas Principis; quòd etiam Jurisdictionem, merum & mixtum Imperium, vectigalia & similia jura ad Principatum pertinentia transferre voluerit, & sic pariter venationem, quæ castro cohæret. vid. Berlich. *p. 1. dec. 157. num. 6.*

Et, licet dicas in Contrarium cum Schradero *de feudis part. 3. cap. 4. num. 47.* add. Rosenth. *de feud. cap. 5. Concl. 49. ac Concl. 11. num. 3. in addit. l. C.* quòd, cùm venatio secundum consuetudinem Germaniæ non soleat in feudum concedi unâ cum aliis rebus, sed plerumque à Principibus reservari, ut sic investitus de Castro vel terri-

to-

torio jus venationis eidem territorio cohærens, non consequatur, sed illud apud investientem remaneat. Ea etenim, quæ secundum consuetudinem & more Regionis non solent concedi, tacitè videntur excepta & reservata. *per l. quòd si nolit. 31. ff. de adit. edict.* Hæc tamen nihil nos movent; cùm non procedant in accessoriis & *pertinentiis* rei concessæ, hæc namque unâ cum re Principali concessa intelliguntur, etiamsi juxta consuetudinem Regionis aliàs tacitè non concedantur. Nam quæcunque alteri adjecta sunt, loco adjectionis cedere dicuntur. *l. 8. §. item si quis ff. de R. V. l. 26. §. proculus ff. de A. R. D.* Harpprecht. *ad §. 12. J. de R. D. num. 189.* dissent. B. Myler ab Ehrenbach, *d. tr. de Princip. & Staat. Imperii p. 7. cap. 73. num. 17.* ubi tamen se remittit. ad *distinct.* Fesehii *de re venatoria part. poster. th. 5.* add. Dn. Stryk. *disp. de jure pertin. cap. 2. num. 43. & seqq.* vid. etiam *consil. 34.* apud Fritschium *fol. 897.* Dominus *tamen directus* non *habet* cum *vasallo* in *territorio feudali alteri concesso concurrentem venationem seu simultaneam,* sed *solus Vasallus, directo domino ibi excluso, venari potest.* Nam feudum est ususfructus *QUIDAM* rei in feudum concessæ, seu censetur *jure ususfructus. cap. 1. §. fin. in quibus caus. feud. amitt.* Vultejus *de feud. l. 1. cap. 2.* at juris est certi, quòd, concesso alicui fructu prædii, omne emolumentum ad ipsum usufructuarium solum transeat. *l. 7. l. 9. l. 15. de usufruct.* &, quòd dominus proprietatis in re usufructuaria nullo gaudeat usu, & nihil facere, nihilque instituere pos-

ſit, quod ad præjudicium ſeu detrimentum uſufructuarii tendit, ſive per quod fructus ad uſufructuarium pertinentes deteriorentur. *arg. l. 15. §. ult. & LL. ſeqq. de uſufr.* Gloſſ. & DD. *in l. ſi ita 16. de uſu & habitat.* talis autem venatio, invito & non conſentiente vaſallo quæ inſtituitur, in præjudicium & detrimentum vaſalli notoriè cederet. Harpprecht. *ad §. 12. J. de R. D. num. 187.* Carpzov. *in J. F. p. 1. cap. 27. defen. 11.* add. Tabor *in racem. art. 169. in Reſponſ. Epiſtol. 1. q. 3. p. 228.* atque hinc in ſimili contendunt DD. etiam dominum directum non poſſe ſubditis ſui vaſalli vel eorum bonis collectas imponere. Alvarot. *c. 2. Conſt. Regal. Jac.* de S. Georg. de Homag. *collat. 8.* latè Menoch. *Conſil. 32. num. 37. & ſeqq.* Guid. Pape. *dec. 555.* Joh. Harpprecht. *d. loc.* Hinc etiam illud deſcendit, quòd dominus directus non poſſit cognoſcere vel judicare de cauſis ſubditorum vaſalli, neque in eosdem ſubditos, quovis modo jurisdictionem exercere. Curtius Jun. *Conſil. 2. num. 2.* latè Menoch. *d. Conſil. 32. num. 38. & ſeqq.*

Non obſtat. l. refectionis 11. ff. Commun. prædiorum, in qua non conceditur Facultas proprietario novum & perpetuum ædificium in re feudali extruendi, ſed, veteris domus retinendæ cauſa, lapides, arenam, trabes immittere vel ponere, non ut ibi maneant, ſed ut refectioni adhibeantur.

Pariter non reſiſtit, quòd dominus feudi tempore belli invito vaſallo jure feudali arcem extruere, & ibidem præſidiarios collocare poſſit, nam hoc

hoc ob defensionem & Custodiam territorii feudalis domino permittitur, cujus interest, rem feudalem contra vim & injuriam hostium tempore belli satis esse munitam. *Praeterea* permittitur, hoc domino directo, ob eam causam, quia neque rei feudali, neque vasallo noxium, sed maximè proficuum est, rem feudalem tempore belli contrà hostes esse securam, facit. *d. l. si ita 16. §. dominus 1. de usu & habit. & l. sed & si quid 25. in fin. cum seqq. de usufr.* ubi notatur, quòd dominus proprietatis usufructuarii Conditionem non quidem deteriorem, meliorem tamen facere possit. Si tamen hoc jus venatus sit precarium aut singulare, in dubio Regionis dominum admittit, Hertius *d. diss. d. l.* ita si quis habet jus venandi sine jure forestæ, tunc magnatem, qui inferiori concessit in territorio suo jus venandi, ad huc uti posse jure venandi ex jure forestæ quod habeat. Ait Bidenbach *qu. 16.* referente. *C. J. A. d. tit. th. 15.* In multis locis sine distinctione hoc jus sibi vindicare dominos testantur. Noë Meurer. *Von Jagd und Forst-Recht. p. 7. p. 118.* Besold. *in thes. pract. voc. Jagen.* Köppen. *decis. 15. num. 9.* Wehner. *voc. Forst.* Tabor. *in racem. crim. ad art. 169. O. C. p. 572.* Hinc etiam est, quòd piscinâ vel stagno in feudum concesso, jus piscandi quoque concessum intelligatur. Cùm sine ea nulla videatur stagni vel piscinæ utilitas, si modo pisces propagationis & perpetuitatis, non custodiæ aut quotidiani usus causa ibi existant. *arg. l. 3. §. 14. ff. de acquir. poss. l. 15. de act. empt.* Ludwel. *in Jure feud. cap. 12.*

p.

p. 254. ubi etiam illud quær. an illi pisces, qui in stagnum vel lacum pro fructificatione conjecti sint, mortuo vasallo debeantur filiabus aliisque hæredibus allodialibus. an verò pertineant ad dominum vel proximos vasalli agnatos? In fundo alieno, exercitio venandi, lite pendente, quis abstinere debet, nisi èdocta possessione. Mevius. *part. 3. decis. 115.*

Quid si *Princeps* promiserat cuidam *Nobili*, pro jure venationis sibi cesso certam annuatim solvere pecuniæ summam; hoc prædio cum jure percipiendi reditus pecuniæ annuos alienato, nec pensionibus stato termino à *Principe* solutis, jure evictionis emptor adversus venditorem tamen experiri nequit; cùm excipiatur casus ex pacto Principis contingens insolitus ab insolito eventu dependens. B. Stryke *dissert. de eventu. cap. 3. num. 123. & seq.* add. Carpzov. *lib. 5. tx. 46. num. 10. & seqq.*

Cæterùm jus venandi & Jurisdictio Foresti cum jure piscandi & aucupii Ordinis Equestris *Immediatis Nobilibus* etiam competit & quidem vel jure territorii, vel concessione *Cæsaris* aut *Principis* expressa vel tacita aut consuetudine immemoriali. Venatione minori autem quomodo gaudeant. vid. *Statuta Equestria Sueviæ de anno 1560.* prœmio ibi: *Entziehung etlicher unserer selbst Forst, Wildbann und Jagdbarkeiten. Cod. diplom. pag. 194. & pag. 264. seq. 281. seq. 285. seq. 629.* add. Textor *de Jure Statuum tit. 15. num. 96. & num. 128.*

Thes. XXII.

Licet hodie autem venationes ubique ferè inter-

terdictæ, dantur tamen adhuc in Imperio nostro *Loca*, ubi cuivis feras sectari licet, vulgò dicitur: *Freye Bürsch*. Myler ab Ehrenbach *de Statib. Imperii cap. 73. §. 3.* Ziegler. *de Jurib. Majestat. cap. 14. §. 37.* Knipschild. *de Jurib. Civitat. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 20.* Besold. *in thes. pract. voc. Freye Bürsch. in fin.* qualis illa circa nostram Tubingam ex una parte erat. Besold. *d. l. 10.* Joh. Harpprecht. *ad. §. 12. Inst. de R. D. num. 101.* add. Ertel *in Observat. Illustrib. Jurid. Equestr. obs. 29. pag. 282. & seq.* Noë Meurer *von Forstlicher Oberherrlichkeit, pag. 39. & 40.* B. Stryke *dissert. de & cætera cap. 4. num. 7. & 12.* Brunnem. *cent. 5. decis. 61.* Sed ut sunt rariora, ita certis nec admodum amplis districtibus & limitibus sunt inclusa. B. Textor. *d. tr. de jure venandi th. 20.* qui autem aliquem in sylva venari aut aucupari, vel in mari aut flumine publico piscari prohibet, injuriarum tenetur. *l. 13. §. 7. ff. ht. 6.* vid. Müller. ad Struv. *tit. de injur. pag. 8.*

CAPUT IV.

De Causa Efficiente Venationis proxima.

Thes. I.

Causa Efficiens *proxima* Venationis est *venator*, qui inter artificem bono publico inservientem numeratur. *l. 6. Cod. de jure immunitat*, etiam con-

conductus, qui si capiat leporem vel vulpem *stiebend und fliegend Wild-Bret*, tunc vocatur in nostra vernacula *Reiß-Jager*, Harsdœrffer *in suis Colloq. part. 3. fol. 113.* qui etiam qualitates venatoris sequentes annotat: scil. *quod debeat esse animosus, indefessus, seu laboris & fastidii patiens, solicitus, sanus & robustus, visu acutus, versutus, pedibus celer; & alias alacris, ejus vestitus in venatione cervorum tempore æstivo viridis, hyberno verò in venatione aprum, nubilus (dunckel) cùm* rubicundum colorem bestiæ facilè animadvertant, quo fugentur. Præterea *caput tegat pileus villosus Ejusdem coloris cum veste venatoria: Calceis utatur ad crura usque pertingentibus, quos cothurnos appellant, ut humida & caliginosa loca transire queat: Cultro quoque venatorio venator sit instructus, cùm ad alios usus, tùm ad ligna cadenda scenis & caveis instruendis, adhuc venabulo vel hasta armetur, quam altera manu gestet, altera canes ducat: Cornu insuper ex collo suspensum gerat*, ut pro judiciorum ac eventuum varietate signum dare possit. vid. Feschius *in d. tr. de re venatoria th. 9. pag. 25.* ubi primis temporibus pelle ferinâ tantum priscos venatores amictos & clavâ armatos adversus feras processisse monet ex *Diador. rer. antiq. lib. 1. cap. 2. & 10.* *Diana* autem venatricis cultum ornatè & graphicè adducit ex Nemesion *in cyneget.*

Tu modo qui saltus placidos, sylvasque pererras,
Latona Phœbe magnum decus, eja age Suetos
Sume habitus, arcumque manu, pictamque pharetram
Suspende ex humeris: sint aurea tela sagitta:

Can-

Candida puniceis aptentur crura cothurnis
Sic chalmys aurata multum sub tegmine clausa,
Corrugesque sinus gemmatis baltheus arctet
Nexibus : implicitos cohibe diademate crines.
Feschius *d. tr. p. 581.*

Ejus autem inprimis est *scire*, ut hoc exprimamus terminis *technicis* in vernacula apud venatores usitatis sequentibus, *die Hund einzuhatzen, zu arbeiten, zu pfüschen, das Hifft Hifft Hifft zu blasen, zu bestattigen, zu verbrechen, sonderlich den Athem oder Wind wissen zu beobachten*, de quibus & aliis terminis techicis infra opulentius.

His autem præficitur *magister venatorum* seu primarius venator, *ein Jagermeister*, quamvis in sacra scriptura in catalogo *der Hoff und Kriegs-Officier*. Veluti 2. Samuel. cap. VIII. 16, & Levit. XX. 25. & seqq. I. Reg. cap. IV. 3. & seqq. Is non inveniatur. Reinking *in der Biblischen Policey. lib. 2. pag. 362.* ubi addit: *Doch findet man, daß an des Kœnigs Salomons Hoff, Wild-Brett, Hirsche, Rehe, und Gembsen gespeiset worden.* I. Reg. cap. IV. *Derowegen dann ohne Zweifel eine Jagerey und gewise Jager, die das Wild gehezt, gebürschet und gefangen, gewesen, und also fromme Jager auch ihren Beruff von GOtt haben. &c.* laud. Reinck. *d. l.* Ejus autem officium præcipuè consistit in rebus ad venationem spectantibus diligenter curandis & ordinandis, ne jus venandi ullo modo deterius reddatur, de quo infra pluribus. add. Feschius *in d. diss. de venat. pag. 24. seq.*

Ope autem *Canum* quàm maximè juvatur *Vena-*

nator, quid enim venator fine canibus vid. *l. 44. ff. de A. R. D.* quos aliàs pro viliſſimis animantibus antiquis habitos fuiſſe ex ipſis *ſacris* etiam liquet, utpote videre eſt I. Samuel. XVII. 43. *ibique* Grot. *in annot.* adeò ut ne pretium quidem ejus in templo recipi potuerit. Deut. XXIII. 18. *Hinc* famoſa illa vox eſſe cenſetur, quam frequenti in ore habet vulgus, *er iſt ein Hundsfut.* Quod ſi tamen nonnullorum conjecturis fides adhibenda eſt, idem eſt, ac *Hunnus* fuit, quos populos plebs pro *canibus* reputaſſe dicitur, uti teſtis eſt Speidelius *in ſuo ſpeculo voc. Hund. in fin.* ubi de origine vocis *Hundsrück* agit. Quemadmodum idem ſenſere de Cananæis Judæi ex Matth. XV. 26. *Alii* verò à *canibus paſcendis* dictam vocem Germ. exortam fuiſſe augurantur, quemadmodum oppidi cujusdam non procul Francofurti ad viadrum *Incolæ* olim ſeu *Marchioni* cuidam ſeu Electori canes venationis paſcere conſueviſſe perhibentur, *ſie haben Ihm die Hund gefüttert*, hinc dicti *die Hund-Fütterer*, quod nomen poſtmodum inſulſa plebs, ut ſolet, in aliam ſignificationem torſit. B. Stryke *in terminis diſſert. de & Catera, cap. 5. num. 544.* quicquid autem de hoc ſit, *canes* tamen in ſuo pretio ſunt, inprimis *venatici*: Horum autem diverſa natura ac officium eſſe ſolet. Aliud enim eſt officium *Odoratorum*, qui indagant ac nictunt, aliud *Vertagorum*, qui perſequi & aſſequi feras ſolent. Deinde alia Virtus eſt *Indicarum*, *Creticarum* alia, alia *Locrenſium*, alia, *Brittanicarum*, alia *Caſtoriarum*, *Vulpinarum* alia. Quorum differentias & varia dehinc nomina & prædicata,

dicata, laud. Harsdœrffer *d. l. seq.* verbis expressit, *als Wind-Hund oder Windschil* (à velocitate ipsorum vento comparata Feschius *in d. tr. pag. 29.*) *deren man nur zum Lauffen braucht, daß sie gar schnell hinter dem Wild her seyn, und dasselbige ergreiffen. Leuth-Hund mit grossen Nasen, suchen richtig, und seynd arbeitsam: Jagd-Hund und Hirschgerecht und richtig, Hez-Hund gang, als die wohl lauffen und freudig: Spür-Hund, die man nur darzu brauchet, daß sie das verborgene Wild ausstæhren, auskundschafften, und mit ihrem Anschlag anmelden. Blut-Hund, Schweiß-Hund, suchen wohl, und beharren den Schweiß gegen die Waid-Wunde Thier, schliefferle anhœrig, legen sich hart an.* laud. Harsdœrffer. *d. l.* add. Feschius *d. tr. de re venatoria pag. 28.* Noë Meurer *tr. von Fœrstl. Gerechtigkeit, part. 3. fol. 85.* ubi etiam prædicat, *von Wasser-Hunden, daß sie gern holen, von Wachtel-Hunden, daß sie gern vorstehen, und suchen wohl Wind zu hoch-fliegenden Vœgeln, ist wohl angebracht.* Eleganter autem canum horum *sagacitatem* exprimit L. Hun. Seneca *in Thyeste, act. 3.* Atreus *Thyestes num. 495.* hunc in modum:

Sic, cùm feras vestigat, & longo sagax
Loro tenetur umber, ac presso vias,
Scrutatur ore, dum procul lento suem
Rostro pererrat: præda cùm propior fuit;
Cervice totâ pugnat, & gestu vocat
Dominum morantem, seque retinenti eripit.
Cùm spirat ira sanguinem, nescit tegi,
Tamen tegatur.

Omne punctum autem laturus videtur, qui *capite ingenti*, *vultu atroci*, *oculis rubicundis*, *naribus apertis*, *dentibus acutis*, *labro superiori pendulo*, *collo tumido*, *pectore amplo*, *colore helvo*, *qui inter rubrum albumque*, *suppressiore alvo*, *pedibus magnis*, *cruralibus recurvis*, *cute denso*. Sed inprimis attenditur, ut sint *sagaces*, & venatu gaudeant; hac parte laus canis præcipua est. Vossius *de Idololatria, pag. 1083.* *Britannicorum* autem canum summa laus, reperiuntur enim *robustissimi, audaces, ac prodigiosæ magnitudinis*, qui herum vel contra armatos hostes egregiè tuentur, cum admirabili ingenio fideque depugnent. vid. B. Lansius *in Oratione pro Britannia fol. 540.* Canum *venaticorum* ornatus sunt *collaria, lora, fasciæ*. *Collaria* propriè *milli* dicuntur, & sunt facta ex chorio confixaque ferreis clavis, eminentibus adversus impetum ferarum. *Lora* manibus ansas habeant, præterea in his *fasciæ*, quibus eorum latera præmuniuntur, lora habeant latiora, ne canum ilia conterant clavata sint etiam insutis aculeis. in terminis Feschius *d. tr. de re venatoria pag. 30.* Periti *Venatoris* autem est canem non sinere aberrare, sed insistere uni fini, quòd si cani venatico in itinere panis albus & non acerosus seu furfuraceus subministretur; expeditè quatiet ungulâ campum, *so laufft er leicht davon.* Caudam autem sub alvum reflectunt, *sie schlagen den Schwantz zwischen die Füß.* Solent quandoque ii, qui jus venandi habent, alienos canes *mutuo accipere*, quo eo plures feras capiant. Verùm hoc minus justè fit. Cùm Venatio canibus COMMODATO ACCEPTIS

CEPTIS non debeat suscipi. Kressius *in Specim. Jur. Civil. Forens. lib. 1. tit. 3. §. 4. pag. 43.* Kraisser. *de venat. cap. 19.* Cujus rei *Ratio*, ratio esse videtur, ne feræ prorsus exstirpentur & modus in iis capiendis servetur. Cæterùm canes venaticos habere, in plerisque locis nemini est permissum, nisi iis, qui jus venandi habent. vid. Müller. *ad Struv. in S. J. Civ. Exerc. 14. th. 9. lit. D* & Ipse Struvius *de jure Ovium sect. 1. cap. 4. th. 33. pag. 33.*

Notandum autem, quòd Venatio, quæ fit canibus *currentibus*, in multis locis sit prohibita. vid. *Ordinat. Venator. Leopoldina de anno 1675.* ubi hoc expressè vetitum est *in verbis: Weil hierdurch den lieben Getrayden grosser Schade zugefügt wird.* addat. Paul. Walth. Wehner. *Von Veranderung der Regimenter. cap. 11. p. 220.* Singulare etiam quid est, quod si quis apud *Burgundos* canem venaticum læsit aut invasit, hic propterea (salvâ veniâ) canis posteriora osculari, aut hero canis. S. solidos solvere debuerit. vid. disp. *de venat. sub Præsidio Bedekeri anno 1685. Rostoch habita cap 3 num. 11.* Lepidam autem historiam de venatoribus & canibus *Monasterii Murrhartensis Abbati Herboldo cognomine Hategotus* molestis tradit B. Crusius *in annal. suis suevic. lib. 7. Part 3. p. 380.* De cætero de canibus sequentia porrò notanda: *Wann sie loß gelassen werden, heißt es hetzen, und wann der Hund die Führte richtig verfolgt, heißt es eine gute Nase. Der lange Riemen, woran der Hund geführt wird, heißt ein Hang-sail, und schnellen thut ein Leith-Hund, an dem Sail wann er auff der Führte laut werden will, lieber aber*

ſagt man von ihme, wann er im Anhalten richtig auff der Führte ſtehet; Und der bey ſolchen groſſen Hunden iſt, heiſſet ein Weidknecht. Anonymus *in tr. des geœffneten Jæger-Hauſes. fol. 55. 56. 57. Von groſſen Ohnkoſten der Jagden und Jag-Hunden.* vid. Cyriacus Spannenberg, *vom rechtmæſſigen Jagen. tit. 16. & 20. pag. 76.*

Theſ. II.

Juvatur etiam Venator quàm maximè ope *equorum venaticorum:* de quorum aptitudine & officio ita eleganter. Noë Meurer. *im Anhang von Jæger Kunſt-Stücken. Cap. 1. pag. 508.* apud Fritſchium *in d. ſuo tractatu. Die Jæger müſſen auch gute Roß haben, die behende, ſchnell und gewiß auff und mit ihren Schenckeln ſeyn. Sie müſſen auch wohl ſpringen, daß ſie mit Einem über einen Graben ſetzen kœnnen. Und will* Oppianus, *daß zu einer jeden Jagd Einer ein ſonderlich Roß haben ſoll: zur Hirſch-Jagd ein Himmel-blau Roß, zur Schwein-Jagd ein ſchwartz Roß oder* cæſium, *zur Pardell-Jagd ein roth-gelbes Roß, zur Lœwen-Jagd ein ſolch Roß, das glantzende Glaß-Augen habe.* add. Feſchius *in d. tr. de re venator.* apud Fritſchium *pag.38.*

Theſ. III.

Inſtrumenta autem Venatoris *inanimata* & quibus *dolo* exercetur Venatio, inter alia ſunt; *Retia,* à retinendis feris ſive à reſtibus quibus tenduntur ſic dicta. Iſidor. *de orig. lib. 19. cap. 3.* quæ pro varietate venationum, locorum, ferarum, ſunt *varia:*

aliis

aliis enim utimur in locis *planis*, aliis in *viis*: alia plicantur, alia tenduntur, alia funibus, alia furcis eriguntur. *Retia* majorum ferarum, ursorum, luporum, cervorum & aprorum, crassioribus robustioribusque & laxioribus filis contexta esse oportet; quàm capreolorum & leporum, & ad cervos etiam, ne transiliant, sublimiora retia requiruntur, quàm ad alias feras. vid. Feschius *in d. dissert. th. 10. pag. 36.* add. *l. 55. ff. de A. R. D. l. 29. pr. ad l. aquil.*

Et in *vernacula* sortiuntur hæc nomina: *Wild-Sail, Schwein-Sail, Rehe und Hasen-Garn, Hochtücher zu der Wehr-Plan, Wehr-Tücher, Mittel-Tücher, oder Tücher-Cappen, Halbtücher, auch Lauff-Tücher, so ein Tuch, welches die quehr zwischen dem Jagen und dem Lauff stehet, so, wann das Wildpret auff den Lauff soll gejagt und auffgehoben werden.* d. Anonym. *d. fol. 56.* De quibus prædicatur, *daß sie werden gericht, wiederum auffgehoben, oder abgeworffen.* Harsdorffer. *d. loc.*

Ein Stieffel ist eine Stange, darauf die Tücher und andere Jag-Zeug auffgestellt werden. laud. Anonym. *fol. 54.* & *Garn-Stangen* dicuntur, amites, *Gabeln zu Netz* verò vocantur vari, cervi. *Ring des Netzes* vocatur paxillus retis. *Ein Hafftel zur Leinen in den Tüchern, ist ein starckes Plock, Eine grumme Ruthe, ist eine starcke Stang, deren man nur zwey auff einen Lauff brauchet, daran seynd 3. Windleinen gebunden, die innwendig gleich dem Schirm überstehen,* d. Anonym. *fol. 85.* Funiculus vocatur *Jäger-*

 Schnur,

Schnur, tendicula *Fallstrick*, ascropera *Weidsack* numella *Kuppel-Weid-Strick*.

Huc quoque pertinent *foveæ* sive fossæ, intellige asseribus virgultis tectæ, in quas prædæ spes feras trahit, in cujus *medio* super *palum* præda captandæ bestiæ ponitur. Uti copiosius tradit ex aliis laud Feschius *d. dissert. de re venat. th. 10. pag. 35.* Sic in fovea *Hippopotamum* (animal durissima cute & roboris ferè Elephantini) ab *Ægyptiis* capi tradit Voss. *de Idololatria lib. 3. cap 78.* Is tamen, qui foveas facit (scil. in loco *publico*, aut in quo iter fieri solet) denunciare id debet aliis, ut sciant aut certè providere possint, & periculum evitare. *per text. l. 28. princ. & §. 1. ff. ad L. acquil.* ibique Brunnem. Daniel Otto *tract. in der freyen Bürsch-Beschreibung.* apud Fritschium *pag. 275. C. J. A. d. ff. th. 16.* In loco autem *privato*, ubi tales foveæ haberi consueverunt, & iter fieri non solet, ad hoc non tenetur, & extra culpam esse intelligitur, *per §. 5. in fin.* in verbis: *quia eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi Inst. ad L. acquil.* add *d. l. 28.* & ibi Brunnem. Neque enim qui consueta facit, culpæ reus est aut de damno tenetur. Mev. *part. 3. decis. 47. num. 7.* add. Sebastian. Medices *de venat. p. 1. qu. 13.* Mor *de venat. part. 1. cap. 4. n. 22.* Et si in *proprio* fundo quis foveam fecerit, tunc fera bestia ita capta ejus erit, si modo ita constricta, ut se non potuerit expedire. vid. *C. J. A. de A. R. D. th. 17.* laud. Medices *part. 2. qu. 20.* in *alieno* autem fundo in fovea ab alio facta capta, non aliter ejus erit, nisi eam exemerit, non quidem ob foveam positam,

sed

ſed quia adhuc eſt nullius. Petr. Müllerus *in diſſ. de perſecutione luporum th. 9.*

Retia autem & canes venatici non pertinent ad agnatos ſucceſſores feudi, ſed ad heredes defuncti vaſalli. D. Struvius *in obſervat. feudal. cap. 9. num. 9.* Capiuntur porrò fera animalia, ut vulpes, lupi, etiam *picturis.* vid. Coler. *in œconom. lib. 15. cap. 20.* porrò captio doloſa fit *veneficiis,* qualia numerantur, *aconitum Tithymalus, ranunculus, Aconito* capiuntur leones, pardi, lynces, pantheræ, urſi. Feſchius *d. tr. de re venat. pag. 37.* add. Voſſ. *de Idololatria l. 3. §. 3. Tithymalus* noſtris *Wolffs-Milch.* Venenum itidem eſt ad decipiendas feras idoneum, de quo Plin. *lib. 26. cap. 8.* de *Ranunculo* quod Germani *Hahnen-Fuß* vocant, vid. eundem. Plin. *lib. 25. cap. 12.* horum tamen veneficiorum nonnulla non perimere animalia ſtupida tamen reddere, & ad capiendum facilia monet. Feſchius *in d. tr. de re venat. p. 892.* apud Fritſchium *in ſuo tr.*

Huc quoque pertinent *venenati globi, gifftige Kugeln,* ob quorum poſitionem pœna fuſtigationis *in ordin. Würtemb.* feripedarum *in art. 15. §. 1* eſt poſita Calx quoque licet ab indagatoribus naturæ inter venena non inferatur, ſi in majori quantitate cum ſale permixta feris beſtiis projiciatur, damnum vel etiam mortem accelerat. Cùm autem hoc ſolummodo fiat, *Corrodendo* & per vim corroſivam, non verò per aliquam vim & qualitatem *venenatam* ut ſubſtantia ferarum hac ratione inficeretur, ut inde hominibus, qui hac carne veſceren-

tur hoc nocumento esse posset, quod tamen in præfatione dictæ ordinationis requiritur, proinde in talem delinquentem hanc pænam fustigationis non; sed aliam extraordinariam dictavit *Facultas nostra in anno 1661. mense Septembris. Wegen der Saltz-Lecken.* vid. Fritschius *in corpore suo juris venator. forestali Part. II. pag. 227.*

Vi autem fit venatio *sagittis.* vid. Petr. *de Crescentiis l. 10. c. 28.* & Coler. *in Æconom. l. 15. c. 6.* Feschius *de re venator. th. 10.* *Jaculis* vid. §. *13. Inst. de R. D. l. 5. §. 1. tit. h. l. 1. Cod. de venat. ferar.* inprimis etiam *venabulis* aut *spiculo*, *Fang-Eisen*, cujus aliæ in vernacula dicuntur *Spieß-Federn.* Quomodo autem *Retia* & *venabula comparata* esse debeant, & heic qua *parte corporis* fera sit petenda pro diversitate ferarum tradit Vossius *loco citat.* add. d. Anonym. *fol. 48. & 50. & nos infra.* Veterum instrumentis venatoriis hodie accessit *bombarda*, à *bombo* sive *sono* quem edit, & *ardeo*, sic dicta, quasi Bombizatio quædam ardens post Robert *Valtur. de re milit. lib. 10.* Feschius *in d. tr. de re venatoria pag. 37.*

Cautè autem agendum in venationibus ubi præsertim *sagittis*, (quæ quidem post bombardarum inventionem hodie raro adhibentur) aut *sclopetis* petuntur feræ; ita Dux Alemanniæ Inclytus, *Ernestus Suevus*, cum in sylva quadam venaretur, ab uno militum suorum, quamvis nolente, sagitta cervum configere conante lethaliter vulneratus est, ita etiam fortuito venabuli jactu Crœsi Roma-

mani filius *Atys in venatione* ab Adastro Gordiæ Regis filio occisus fuit. Crusius *in Annalib. Suevic. lib. 6. P. 2. p. 180.* & ab ipsa etiam fera bestia sæpe præsentissimum periculum vitæ imminet, imò mors ipsa. Ita Illustriss. Heros Comes *Nicolaus Serinius* Turcarum terror & flagellum tot periculis superstes in venatione ab apro prostratus fatis cessit 1664. mense 10br. toties hostili cruore rorans acinaces in bestiam nihil valuit: Super cujus luctuoso obitu tum temporis tale *Epigramma* posuit Eminentissimus quondam Almæ hujus Eberhardinæ Cancellarius, Tobias Wagnerus.

Quem neque fas igni cuiquam, nec perdere ferro,
Quod tumidè strinxit Turcica Barbaries,
Hunc aper extinxit! Pudeat vos, Bestia, Turca,
Dente quibus cunctis fortior una fuit!

Et sequens.

Balthasar Raith. SS. Th. D. & Prof. P.

Mortis habet titulum non Turca aut Tartarus audax
SERINI, sed habet dente timendus Aper.
O mirum & miserum! venando occumbere, quem non
Turcia Pannonia infesta necare potest!
Parcite Magnates simulachris fidere belli:
Plus nocuit lusus quam grave Martis opus.

Simile verò.

Johann-Adam Osiander SS. Th. D. & P. Celeberrimus postea Univ. Cancellarius.

Hactenus indomitos Heros compescuit hostes
Armata Luna Cornua decutiens:
Viribus humanis major, gladioque potenti
Quem Mars non potuit, Bestia dira ferit.

Nec non.

B. Christophorus Wœlfflin, SS. Th. D. & P. P. postea præpositus Stuttg. Reverendiss.

Qui modo terror erat Turcis, qui fuderat hostem,
Proh dolor! immanem corruit ante feram,
Non tenuit lachrymas David, dum morte dolosa
Abnerus Princeps turpiter interiit.
Quis non conduplicet lachrymas? quis flere recuset,
Dum decus Hungariæ bestia dente necat?

Et pariter.

B. Christophorus Caldenbach. Eloq. Prof.

Bellonæ fulmen rapidum, SERINIUS Heros,
Qui toties rigidos fuderat ense Getas;
Dum novus horrificum tendit Meleager in aprum
Corpora præcipiti dat lanianda feræ.
Parce, Diana, dolis. Olim Cythereis Adonin:
Christias hic MARTEM gens dolet ipsa suum.

In cujus tumulum Theologus Hungarus: Posoniensis Epigraphe posuit tale.

Quem neque Turcarum rabies, nec Tartara vicit,
Heu, jacet extinctus per fera fata Comes.

Der so viel tausendmahl die Kœcher und den Bogen
Dir Ottomanner-Volck mit Helden- Hand entzogen.
Den weder Stahl und Bley, noch Pferd und Mann verlezt,
Der Türcken-Kœpff und Schœpff auf sein Gezelt gesetzt.
Der die bemühte Faust aus Heldenmuth geschwungen,
Und mit erhiztem Hib durch Mark und Bein gedrungen
Der nach des Helden Art von Thimnath Thor und Rigel

Aus

Aus dem Gewerb geschnellt, und nochmahls seinen Flügel
Dir Feinde vorgestellt, biß nach erwünschter Schlacht
Er dich, O Türcken-Volck, zu letzter Ruh gebracht,
Ruht hier an diesem Ort, erlegt von einem Schwein,
Wer wolt um diese Stutz mit mir nicht traurig seyn.

Thes. IV.

Quod aucupium *den Vogelfang*, attinet. Hoc hodie usu Juris publici Germaniæ pariter determinatum, Jureque Regalium censetur & nemini competit, nisi cui Princeps concessit exceptis aviculis levioris pretii: quorum captura in multis locis privatis adhuc relicta. post Illustr. Dn. Rhetium *in Jur. Publ lib. 2. tit. 26. §. 6.* Besold. *in a.ff. de Regalib. cap. 9. §. 6.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 32. & 45.* B. Dn. Stryke *in dissert. de Jure Principis aëreo c. 4. n. 19. cum seqq.* & in usu moderno, *ad tit. de A. R. D. §. 8.*

Et dividitur simili modo in majus & minus aucupium, *in groß und klein Vogel-Weid.* Wehner. *in observ. pract. tit. Vogel-Weid.* Knipschild. *de Nobilitate cap. 5. num. 206.* add. Fritschii *corpus juris venat. fol. 699.* & *fol. 172.* item *fol. 597.* Ad majus spectat captura avium majorum, sub quibus, quod tamen non semper certum, comprehenduntur, *Trappen, Auerhahnen, Haselhüner, Berghüner, Fasanen, die Krammets-Vœgel, Halb-Vœgel, Amsel, Zemmer, Wachtel, Schnepffen, Enten, Wilde Enten, Lerchen*, vid. laud. Stryke *in usu moderno. d. l.* Wehner. *d. l.* Dn. à Seckendorff. *im teutschen Fürsten-Staat. Part. 3. cap. 3. pag. 443.*

pe-

peragitur inprimis per accipitriarum aviarium *den Beitzer Vogler*, qui olim suis utebatur famulis seu servis, *in l. 99. §. 1. ff. de legat. 3.* ibique Brunnem. cui etiam conducunt ad aucupandum *canes. 1.* Coturnici *die Wachtel-Hund*, de quibus dicitur *stehen wohl, versuchen wohl.* Harsdœrffer *d. l.* Audiunt autem *Coturnici* à potiori, quòd illorum opera Coturnices maximè capiantur Feschius *d. tract. th. 9. pag. 18.* hos autem arte & industria potius quàm suapte ingenio & sagacitate ad avium capturam inservire monet laud. Auth. *d. l.* doceantur verò hoc modo, irretitis perdicibus primo circumducuntur sæpius, & per minas tandem assuescunt undiquaque circumire, deprehendunt autem perdices & Coturnices odorando, si prius vestigiis captarum ponantur, ubi etiam vide plura de canibus sagacibus. Accipitris autem mira est velocitas, ob quam velocitatem, Oro teste, accipiter pictus denotat *ventos*, Vossius *de Idoloatria lib. 3. cap. 87. fol. 1206.* Penes quem quoque visus post aquilam (de cujus perspicaci visu vid. Voss. *d. lib. 3. fol. 1144.*) principatus est: Quod autem longè adeò sibi subjecta conspicit, non tàm est ab organi præstantia, quàm ex volatu sublimi, quia quo altius se effert, eo, latius se diffundit visus per montes & convalles. laud. Vossius *in d. lib. 3. cap. 81. fol. 1165.* Qui odoratu quoque cæteris avium antistat. Vossius *d. l. fol. 1166.* Hinc illud tritum:

Nos aper auditu, Lynx visu, simia gustu.
Vultur odoratu, præcellit aranea tactu:

vid. Morhof. *de parodoxis. c. 4. p. 323.* B. Stryke *tr. de jure sens. in præm. p. 3. & seqq.* Ge-

Genorosus item est *Falco.* Nam uti *sagacitatis* est, quòd, si aquila ex sublimi irruere paret, levi declinatione conatum reddit irritum; ità *animi* est *magni*, quòd deinde non fugiat, sed post aliquot circumgyrationes aggrediatur aquilam, eamque fuget, quod sibi conspectum ait Scaliger *Exercit. 231.*

De *Falcone* autem sequentia nostro sermone usitata prædicata ex laud. Harsdœrffer & dicto Anonymo *d. l.* & Meurer. *d. tr. cap. 30.* notanda erunt: *Der Falck zeucht in die Hœhe, er senckt sich wiederum, sieht auf den Raub, greifft an, liegt unten, verliehrt das Feld; Ihre Nester heissen Gesteü-de, vvann sie gefangen, vverden sie gehaubet mit Reusch-Hauben, und wann man sie anfangt zu tragen, werden sie erst recht gehaubet, ihre Gesæße nennet man Geschüch, die lange Riemen lange Gesœße, die kurtze Riemen Wurff-Riemen, sie stehen auf der Hand und Stangen, und heisst nicht gesessen, sie werden bericht, und heisst nicht zahm gemacht, man gibt ihnen zu werffen, das ist Gewœlb, man lockt und atzet sie auf das Luder, das Luder gibt man aus, und wann er genug hat, sagt man, er hat einen guten Kropff, ferner hatte guten Kopff, Greiff-Glauen. Gestell oder Füß-Gestell, seynd die Schenckel, Flugbug-Federn auch Fliegelbogen, sie steigen, das ist fliegen. Sie werden von den Grœtz, das ihnen wiederfährt (oder wo sie suchen) genæhret, wo sie aber nicht fahen, lockt und atzt man sie auf dem Luder, sie werden gemauset, und heissen der Mauser Falcken, ihre Flügel heissen Schwangen, und ihre Fusse nen-*

net

net man Hande, so sie irre werden, fallen sie in ein ander Land, auf viel Meil Weegs in kurtzer Zeit. Wann man sagt, man lasse den Falcken loß, so muß man sagen, man habe ihn geworffen, wann man sagt, der Falck halt, so muß man sagen, er plockt oder hat geplockt, das ist, wann der Vogel, nach dem er das Reeb-Hunn aufgetrieben, nach seinem Vortheil auf einen Baum oder Busch, oder sonsten sitzet und verwahret dasselbige Wann man sagt, man habe den Vogel geludert, das ist, wann man den Vogel zu sich locket mit Schwingen des Luders oder eines Hand-Schuchs, ruffen aber nennet man das, wann man ihn mit dem Ziehen und der Stimm allein auf die Hand bringet. laud. Anonym. *in d. tr. des neu-eroeffneten Jager-Kunst. pag 38. Die grosse Falcken heißt man Ger-Falcken.* Noë Meurer *von Jager Kunst-Stücken. cap. 30.* apud Fritschium *in d. tr. fol. 518. Wann der Habich ein Feld-Hun hinweg führet, heißt es geleitet, der Habich jagd oder raubet, kommt zur Hand und stehet zur Hand, ist ein guter Hand-Vogel, wird geworffen, ist lustig, fahrt wohl, fliecht auf das Vorlaß- oder Federspühl, so ihme der Weidmann nachfliegen laßt, heißt es gereicht; wann man den Habich in ein Bachlein stellt zu baden und trinckt, so heißt es geschoepfft.* laud. Harsdoerffer *d. l.* Meurer *d. l. Wann sie zu Zeiten etliche Schweng-Federn zerstossen, werden sie geschifft.* Anonym. *d. l. pag. 32. Wie aber ein Edler Habich solle seyn beschaffen.* de eo vid. Noë Meurer. *d. l. cap. 31. fol. 318.*

Inedia autem vigiliisque ad venationem edoce-

cetur, quod itidem eleganter tradit. Noë Meurer *d. tr. von Jäger Kunst-Stücken cap. 32.* apud Fritschium *in suo tr. fol. 519.* ubi etiam addit, *wie sie wohl zu verpflegen.* Quo nos studio brevitatis remittimus: *Alle des Habichs Krafft und Macht aber stehet fürnehmlich in dem Schnabeln und Klauen, dann soll er den gestollenen Raub halten, so ist vonnöthen daß er einen krummen Schnabel und Klauen habe.* laud. Meurer. *in d. tr. cap. 30.*

Hinc à robore commendatur accipiter. Unde & Ægyptiis Symbolum est victoriæ. vid. Job. XXXIX. 5. Matth. XXIV. 28. *d. voll. fol. 1166. C. d. tr.* Quamvis autem multi in apportandis ex *Norvvegia* & aliunde *accipitribus fringilariisque* iis alendis habendisque præfectis (*Falckenmeister*) atque receptaculis (*Falcken-Heuser*) impendendi sumptus. Dn. à Seckendorff. *im Teutschen Fürsten-Staat. Part. 3. cap. 3. Regul. 5. num. 3.* add. Colerus *in sua Æconomia. l. 15. cap. 14.* Verum quanti quanti illi sint pro meminis tamen reputandi quibus molestiæ Principis ac solicitudines pro fasalute subditorum compensari queant. in term. B. Stryke *de Jure Principis aëreo cap. 5. num. 7.* jucundissimum autem ardearum aucupium est & Regum & Principum exercitio dignissimum: *Dann wann ein Reiger siehet, daß sein Feind vorhanden ist, so fleucht er gar hoch in die Lufft hinauf, und wann ihm nun sein Feind nachfolgt, so kommen sie miteinander so hoch hinauf in die Wolcken, daß man sie beede nicht mehr sehen kan, biß endlichen der Raub-Vogel über den Reiger* (nam sublimi etiam volatu vo-

volat ardea) *hinauf kommt, und ihm die Klauen in die Haut setzet, und ihn eingewindelt oder eingewickelt, aus der Lufft herunter stürtzet, und sie beyde sich miteinander überwerffen, und also herunter auf den Boden fallen, und beyde von den Weid-Leuten aufgefangen werden.* Colorus *d. l.*

Wenn sie aber ein Reiger beschmeißt, das ist ihr Gifft, durch dessen Schnabel sie sich bißweilen selbsten spißen, & sic dum capiunt ipsimet capiuntur; *In dem übrigen muß der Falckner allezeit etwas bey sich von Fleisch haben, neben einem Luder (das seynd zween Flügel, als wann es Tauben Flügel wæren) damit locke man sie von der Hœhe: Wann er sich hoch geschwungen hat, und kommt also wieder darzu, dencket es seye der Vogel, den er hat stossen wollen, im Fall daß er nichts gefangen, und aus Zorn darum nicht wieder kommen wolt, muß ihn der VVeidmann daselbst wieder damit locken und pfeiffen.* vid. Noë Meurer *von Jæger* Kunst-*Stücken.* apud Fritschium *in suo tract. fol. 519. Es muß auch der VVeidmann, wo der Falck zum VVildfang gebraucht wird, zvvey Hund neben einander gekuppelt bey sich haben, die lauffen neben einander, vvann er nun an den Ort kommt, da er vermeynt etvvas zu bekommen, so laßt er sie ab (sie müssen aber am Munde ein Band vorgemaaht haben, mit einem spitzigen Holtz, daß sie das nur auffstossen, aber nicht zerreissen.) So bald er die Hunde loß laßt, so bald laßt er auch den Falcken in die Hœhe fliegen, und so bald er die Hunde hœret anschlagen, so bald schießt er herunter, und stosset das Wild mit den hindersten zvveyen Klauen,*

die

die man Finck-Klauen haisset. Meurer *d. l.* addatur etiam Khraisser. *tr. de venat. cap. 34.* ubi *Principes Bojariæ*, hoc jucundissimum exercitium in tota provincia sibi reservasse tradit, ita tamen, ut nemini prohibeatur, eas si piscibus noceant, à suis lacubus ac stangnis arcere, imò si arceri nequeant, omninò jaculari: vid. etiam Crusius *in annal. Suevic. lib. 12. P. 2. pag. 524.* Huc quoque *secundo* pertinent *canes Pontici*, aquatici nostris *VVasser-Hund*, quorum *alii*: Lutras & anates sylvestres venantur. *Alii* si quid in aquam inciderit aut dejectum fuerit reportant. Feschius *in d. tr. pag. 30.* Hique canes plerumque sunt villosi, unius autem an varii coloris sint canes sagaces, parum referre videtur, ut & staturæ pàrvæ an magnæ? Sat erit, si dejectis & propendentibus auribus, retortis sursum naribus & odoratu acutissimo fuerint, nec aliud quàm venatum latratu indicent: Ut qua incedant feræ à venatoribus cognosci possit, nec ventorum strepitu aliarumque rerum ad latratum invitentur, ne falsa suspicione venatores concitent. laud. Feschius *in d. tr. th. 9. pag. 29.* vid. etiam de his Sebiz. *im Feldbau. lib. 13. cap. 24.* Petrus *de Crescentiis lib. 10. cap. 30.* Item huc spectant ex ipsis *avibus accipitres*, ab accipiendo ita dicti, *das ist von Nehmen und Rauben.* vid. laud. Feschius *d. loc.*

Qui, aves avibus capiendi, modus etiam priscis seculis haud incognitus fuit. Doctè id eruente Paulo Hachenbergio in *Germania Media*, de studiis veterum *Germanor. 6. pag. 15.* conferatur

 Klock.

Klock. *de Ærario lib. 2. cap. 5. num. 107.* & Peller. *in annot.* Hodie autem Principibus satis superque exploratus usitatusque. Accipitrum autem differentias, ut hodie venationi inserviunt, sic pulcherrimè describit Budæus *in P. ad L. exempto §. ult. ff. de act. empt.* *Primam differentiam* (inquit) *faciunt pugillarium & pinnariorum: quidam enim pratento pugno revocantur emissi: alterum genus nonnisi pinnarum scapo revocatur. Secunda differentia est involantium & deprimentium, quod alterum genus involare prædam solet, alterum tantum dejicere & deturbare. Est & alia differentia, qui sublimes prædam in vepretis latentem circumvolitare solent, & cum a canibus aut venatoribus excitata est (sic enim vocaverim potius, quam aucupes) superne sese liberare, devolantes, subvolantes, provolantes spectanda celeritate, sic interdum prædam lancinantes, ut humi afflictam enecent, elisis interaneis: quod testari oculata fide possumus, qui ejus oblectamenti studiosi magis in prima & plena pubertate, quam literarum fuimus. Hi autem omnes ex genere primario sunt Graviores, & qui sublimi volatu lustrare prædam atque humi conditam prodere ac circumscribere circinatu non solent, quales sunt omnes pugillares, nonnulli pinnariorum, arboripetæ dicuntur, & statiarii, porrectoque volatu contendunt. Qui vero mansiones observare non assueverunt, temere transvolantes, errores appellantur & stationis desertores. Quidam sublimipetæ prædam nonnisi volantem petunt, quam si provolatu assequi nequiverint, in fruteta cadentem subsequentibus magistris emicatu produnt sagit-*

gitta modo sursum versus elisi. Humipetæ deorsum cum præda deferuntur. Sunt quos sublimivagos dicunt, qui neglecta interdum præda jam designata, cum differenavit ad meridiem plerumque apricatione delectati, in nubes licentius attolli solent, & diu ex hominum prospectu auferri, expatientes, quasi quidam emansores, id quod providentes magistri, receptui continuo stentorea voce canunt, interim scapum oblongo loro rotantes, quos oportet vocalissimos homines esse, vocisque præconia: si vero nubilaverit, nullum est periculum. Nidularios mansuefactarii appellant, qui ex nidulo rapti sunt, & domi adoleverunt. Ramales sunt, qui jam fere adulti & nido oberrantes, ramulatim volitantes capiuntur. Hos, ut arbitror, præferunt: celeritate enim nidulariis prævalent. Nidularii ut obsequiosissimi, sic dexterrimi. Peregrini ut inprimis volucres sic contumaces, & majore negotio curabiles, utpote qui ab infantia non obduruerint. Hi tamen duorum generum; Homotini præstantissimi putantur. i. e. qui antequam deplumescant, mansuescunt anniculi, qui aut bimi, aut trimi & deinceps feri capti sunt, ad obsequium redigi non possunt. Adventitii hodie primarii ex Creta importantur, sacros sacellosque appellant, quasi ἱέρακας & ἱερακίσκους. Supra dictis autem generibus alii aliter utuntur. Campestres appellant perdicarios, leporarios, picarios, conicarios, milvarios, lacustres & rivularios, lacunariosque dicunt anatarios, atque ardearios. Vidimus nuper perdicarium palumbis magnitudine, gruem tractim deturbantem viscenda solertia oculis involatam, ita ut præda torpens & in terram decidens, secum

avem involatricem detraheret, & humi cum cecidisset, raptim a cane leporario exciperetur, ad id condocefacto, stupente Principe Carolo, qui ob rei miraculum quingentis aureis licitus est. Hactenus Budæus.

Inanimata verò aucupii Instrumenta sunt *laqueus, pedica, præcipitium, hamus, der Strick, die Schliefer, Stangen fallen, Meischen, Schlagkolben, Fahlbaum,* Mor. *d. tr. de jure venandi p. 11. c. 1. n. 1.* add. Item *retia aucupatoria & plagæ in l. 12. §. 13. ff. de instr. & instrum. legat.* Ut & *fistula* cujus soni dulcedine capiuntur, juxta illud vulgatum

Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.
Das Pfeifflein muß da lauten wohl
VVann man das Vægelein fangen soll.

Ita sæpè non cavemus insidiis, acceditque nobis quod incautis aviculis, quæ parantem laqueos, extendentem, retia aucupum ex vicina arbore securè despectantes, sibi exitum parari non intelligunt, & bella tanquam novam in theatro fabulam tantum spectamus, sed ita fert seculi genius.

Cæterùm de *tibiarum* vi in commovendis *brutis* multa Bartholinus congessit. *l. 2. cap. 6.* Et de feris beneficio *Musices* perdomitis non est res adeò suspectæ fidei: vid. Morhof. *de vitro per vocis sonum rupto fol. 431. cap. 16. & 432.* ubi ex *Actis Societatis Anglicæ*, quæ Dn. Henricus Oldenburgius publicavit. *num. 114.* notavit. Posse animalia fera beneficio certorum instrumentorum & ryth-

rythmorum Musicorum cicurari, ad servitia humana subjugari. Et Musica streperâ & Unisonâ præcipuè percelli animalia Ipse testatur laudatus, Morhof. *d. l. ibi: vidi, cùm in Belgio naviculâ veherer essetque inter victores, qui lyram percuteret, Boves, qui in ripa pascebantur ad dimidium ferè milliare sonum lyræ cum tripudiis secutos. Insuper posse animalibus certos quosdam sonos & literas ita esse naturales ut illa auscultent, & non esse de nihilo vocum quosdam sonos certis animalibus esse vel suaves vel graves, ut hominibus contingere videamus.* Hac *occasione* recordor, me aliquando in *Novellis* legisse hanc curiosam cum rustico quodam tubicine & lupo facti contingentiam: Ille enim, cùm domum pera placentis aliisque esculentis gravi repeteret, tempore hyemali, eique lupus in itinere obviam veniens insidias struere tentaret, presso pede eum sequens. Ejus *insultus* hoc *modo* elusit: ut quoties *lupus* instaret, eidem *bolum* porrigeret, & postea fidibus caneret, quem dulci sono fidium, ad quem quoties repeteretur, attonitus staret auribus cacuminatis, adeò placavit, ut usque ad suas ædes in pago hanc bestiam aliâs noxiam comitem absque noxa haberet: Huc refertur quoque *viscum, Vogelleim,* quod glutini genus ex baccis istius fruticis fit. Hinc calamus arundo, viscata virga, *die Leimstangen, die Leimruth,* vid. Coler. *in Oeconomia lib. 15. cap. 26. & virgil. 1. Georgior. num. 135. ibi.*

Tum laqueis captare feras, tum fallere visco inventum.

Transenna *ein Kolb*, de qua iterum laud. Colerus

lerus *d. l. cap. 25.* & omninò Feſchius *in tr. de re venatoria* apud Fritſchium *pag. 595. Sagitta & arcus*, *Bogen*, *Armbruſt* item ſclopetum. De quibus & *aliis inſtrumentis*, vid. Mor *in d. tr. d. l.* Petrus *de Creſcentiis lib. 10. cap. 28.* Khraiſſerus *de venat. cap. 22. ubi de area der Vogelheerd*, alibi ad certum tempus auccupia, ne vaſtetur ſpecies, interdicuntur aut reſtringuntur, ut ex *ordin. Saxon. provinc. tit. vom Vogelfahen, conſtat. ibi*: *Es ſoll auch hinfürtter von der Faßnacht an biß auf Joh. Baptiſta keiner Vœgel fangen, ſondern ſich deß biß an dieſelbige Zeit enthalten*, item *daß der Vogel im VViderfluge und zu unrechter Zeit nicht gefangen werde.* add. Georg. Mor. *d. tr. de jure venand. aucup. piſc. p. 1. cap 2. num. 59.*

In noſtro *Ducatu* eſt juris ſtrictiſſimi, ut ne quidem aviculas minores ſclopetis liceat trajicere. vid. Oldenburg *tit. 4. §. 18. & Fürſtl. Anhalt. Lands-Ordn. tit. 22. §. von VVildbahn und Jagden:* Cæterùm aves pediculis laborare & in his phaſianos iis mori, niſi pulvere & aqua conſperſeris vult Voſſius *in tr. de Idololatr. l. 4 fol. 1531.* Capiuntur etiam aves *picturis*, de quo vid. Coler *in ſua Oeconom. l. 15, c. 20.* ubi *c 19.* oſtendit quomodo *manibus* capi poſſint. Contingit aliquando hic Tubingæ, mira manibus facta captura pici rubri: cum enim in hunc in ſarculo horti mei vicini ſedentem, civis quidam oppidanus cuſtodiam ſub Hagghia porta tenens bombardam explodere tentaret, avis periculum antevertit, advolando & inſidendo bombardæ non-

dum

dum explosæ, &, dum postea ejus capiti se imposuisset, manu detractus & ita captus fuit. Sagittæ autem rarò ad aucupium adhibentur post bombardarum inventionem, Feschius *tr. de re venat. th. 10. in fin.*

Thes. V.

Piscationem, antiquissimum acquirendi *modum*, Aristot. *1. polit. cap. 8.* & ob exempla beatorum *Apostolorum* admodum nobilem Matth. IV. 18. Marc. I. 16. quod spectat, instituitur ea etiam cum *avibus*, inprimis *aquaticis*, *mergis*; Et in *Provincia China*, dicta *Pautung*, piscatores avibus, *Louwa*, utuntur, corpore infra anserem, haud multo corvo absimilib. collo protenso, rostro aquilæ sed impensius contorto, quos ponunt ex navicula in condas, qui statim se demergunt & piscem sub aquis captum extus deglutiunt, mox eminentes manu piscatoris in scapham attractæ in stomachum trajiciunt, annulo ferreo ingluvies constringitur: *man legt ihnen ein Eisen um den Halß, vor welchen der Fisch stehen bleibt.* Ita pisces nullo transitu dato in extimis faucium partibus, donec expuantur, conquiescunt. Si verò major, quàm ut fauces subintrare possit, sit piscis, eum rostro prehensum, magnis ad piscatorem, ut auferat, clamoribus deferunt: segnities eorum in urinando piscandoque immitibus castigatur plagis, ita, ut pennæ earum corpore avolent: ubi impensum absolvisse videntur sufficientem, annulo exolutæ, sibi pisces capere & ventrem implere permittuntur. Unde prompta eorum in dominos

obedientia. vid. descript. legationis Batavicæ ad *Magnum Tartariæ Sinæque*, Chæmum. *in part. 2. p. 118. part. ult. p. 114.* item Happelius *in Relation. suis Curios. pag. 60. rubr. der fischende Vogel*, ubi etiam *pag. 61. rubr. der fischende Fisch.* De pisce Venatorio *reverso*, nostro sermone *der Widerkehrende.* refert. quomodo ejus ope pisces in Mari Indico capiantur, ex Petri Martiryi Ocæano *decad. 1. lib. 3. de stagno in agro. Neman.* addatur in mundi mirabilis Tripartiti *part. 1. lib. 3. cap. 41.* ubi cum homine *delphini* sociata opera piscantur, agit. *De Cyprino* qui hominum lusus promovit. vid. Camerar. not. ad Dubrav. *de piscinis*, ubi & de *pisce Indico*, qui hominum societatem appetiit, tractat. In specie *piscis pisci* etiam ejusdem generis est *lupus*, ita in unda *trutta aurea*, *ein Forell*, alteram persequitur, illaque victrix evadit, quæ prævenit in corrumpendo alteri singulari agilitate & sagacitate pinnas, *die Flotzfedern*, altera enim sic læsa in profundum cadit, cui postea altera sine impedimento incumbit, illamque consumit.

Instrumenta verò piscatoria sunt HAMUS, *ein Fischhamen.* de quo Plaut. Curc. *a. 3. 61.* meus hic est, hamum vocat. & illa allusio Ovid. Ponto. *2. 7. 9.*

Casus ubique valet, semper tibi pendeat hamus.
Quo minimè credis gurgite piscis erit.
Man muß immer auff Glück warten.

Item *linea*, calamus levis, arundo *Angel-Schnur, Angelruth*, quâ piscatores escam suspendunt ad capien-

piendos pisces, porrò *scirpiculum*, fiscella *ein Fisch-Kærblein*, ut & *rete, Fischgarn*, cujus contus dicitur *Fischer-Stang*, magis autem frequens est reti genus sagena verriculum à verrendo ita *dictum*, nostris *ein ZugeGarrn, Streiff-Ham, Fisch-Ham, Wurffgarn*, cui non absimile est *retè ad Salmones*, pisces illos generosos fluviatiles, *Salmengarn*, item aliud genus retis, *Spreitgarn*, appellant, quo sæpè etiam Salmones irretiuntur, quorum nomen est à saliendo, nam agilitate saltus etiam præruptum conscendit. vid. Lansius in Orat. pro Britannia *fol. 525.* Huc quoque pertinet *Nassa ein Fisch-Reuse*, circa quam alludunt pisces & gestiunt inire, contra qui jam inclusi, exire. Et est piscatorii vasis genus, quod, quum intravit piscis; exire non potest: Dn. Burckhardus, Professor Basiliensis *diss. de piscatura. th. 8. p. 15.* qui se refert ad Crescentium *lib. 10. cap. 38.* Antiquissimus autem usus est, *hami*, uti, de hoc constat *ex Homeri odiss.* de quo vid. etiam Ælianus *de animalib. lib. 12 cap. 40.* add. Coler. *in Oecon. t. 16. c. 34.* ubi *tradit modum capiendi lucium nuru, mit den Schnüren. Wann man sie aber mit Angel-Schnüren fangen will, so streckt man etliche Gropfen, Kaulkeupt*, item *Fræsche und Blicken an die Angel-Hacken*, laud. Coler, *d. loc. cap. 35. & 54. Sonsten aber wird er mit Netzen, Reisen, Haamen, und andern Instrumenten mehr gefangen*, de quo videatur, Coler. *d. loc. cap. 35.* add. *cap. 31. Allein wann man ihn mit dem Netz aus dem Wasser zeucht, so springet mancher über das Netz weg, und kommt also noch davon. Am Angel reißt*

und beißt er gern die Schnur entzwey, man mag sich auch sonsten vor dem Gast wohl vorsehen, daß er einem die Finger nicht ins Maul bekommt, dann er beißt so hart zu, daß man ihm das Maul mit einem Messer wieder aufbrechen muß. Coler. *d.c. 35.* Aliud Instrumenti genus quoque est *fuscina*, Germanicè *ein Gernstachel, telum piscatorium tridens*, quo pisces percutiuntur, de quo pariter laud. Ælian. *d. lib. 12. de animal. cap. 43. inquit*, quæ per *fuscinam* fit *piscatio, strenuissima est, & piscatore opus habet robustissimo. Ad eam requiritur pertica recta oleagina & funes è sparto contexti: & tæda vel faces de pinu perquam resinoso: item navis parva, & remiges assidui, validique brachiis.* Cujus Instrumenti Basileæ infigendis Salmonibus frequentem esse usum notat. Felchius *in d. tr. de re venat.* apud Fritschium *p. 595.* & prælaud. Burckhard. *in d. diss. de venat. p. 17.* ubi etiam meminit, *des Salmen-Wagen.* ex Gesner. *l. 4. de aquatilibus.* Et huc imprimis refert *Naucellam in l. 17. §. 1. de instruct. & instrument. legat.* etiam *fluviatilem in l. 1. §. 6. ff. de exercit. act.* cujus usum in piscatione non solùm utilem sed penè necessarium esse, pariter notat. Illius enim ope pisces mediis in undis quàm propè litus & ripam degentes, capiuntur. Etiam trajiciuntur *sclopetis* & bombardis. vid. Coler. *in sua Oeconomia l. 16. cap. 29.* add. *& de instrumentis piscatoriis.* Kraiff. *de jure piscandi in Bavaria art. 2. fol. 178. & art. 3. 4. 5.* Modestin. Pistoris *vol. 1. cons. 70. num. 15. 16.* Capiuntur etiam MANIBUS ita in fluviolo Lauttera propè Kirchhemio *Wendlingam* ad Tecciam mon-

montem in hoc *Ducatu* in illam quotannis ſtato tempore Verni, ut dies feſtus annunciationis Mariæ vulgò dicatur *der Naſen-Feyertag*, intrat gregatim piſcis, cui à Naſo nomen, in tanta copia, ut ſigno publicè per campanam dato notificetur adventus, & convocentur cives ad capiendum vel MANIBUS. Non durat tamen ipſius præſentia diu poſt paucas horas, per reliquum anni, vix comparent amplius, dum fædificant, *Laichen*, modo veniunt aſcendentes in rivum non altè.

In *Sicilia* piſcatores aliam artem piſces capiendi exercent, injiciendo ſcil. in undam faſciculum *de Taxo*, noſtro ſermone *ein Bündtlein von Ebenholtz, oder Ebenbaum-Holtz*, quo facto, brevi adnatant piſces omnes, qui aliquid de aqua in quam vis hujus ligni ſe traxit, gúſtarunt, & velut ebrii oberrant, ut facilè manu capi poſſint. laud. Happelius *in Relat. Curioſ. pag. 162.* ubi ad monet, quòd, ſi in quantitate hujus ligni excedatur, infici tunc piſces & omnes eos edentes, adducto ibidem exemplo, memorat autem *pag. 63.* memorabilem hiſtoriam de piſcibus, qui olim in Inſula Inclam Pocoram Civitate Ferrara in Italia ſita in lacu erant. Hos adeò aſſuefactos fuiſſe, ut, dato ſigno campanulæ conſueto, è veſtigio adnatârint ad eſcam, & in altum ſe extra aquam contulerint. Exdeuries *Theatro Hiſtor. pag. 393.* add. *in Mundi Mirabilis Tripartiti Part. prima lib. 3. cap. 39.* Et Coler *in ſua Oeconom. lib. 16. cap. 1. cum mult. ſeqq.*

Inſtrumenta autem Piſcatoria prohibita & qui-

quidem inter *animata*, sunt anates domesticæ, quæ prohibentur ali apud aquas piscosas, ceu piscibus valdè nocivæ. Coler *in d. tr. lib. 3. cap. 14. §. den fliessenden VVassern,* aut in nessotrophio asservandæ: nocent etiam *ranæ* piscibus inprimis *lupis*, quorum capiti per saltum ferè ex improviso sese imponunt, eique tàm diu firmiter inhærent, donec eos, rodendo eis oculos, cæcos reddiderint. Dubravius *lib. 1. cap. 6. de piscinis.* Colerus *in Oeconom. lib. 6. cap. 91.*

Ita porrò piscari non licitum est, cùm tendat ad depopulationem piscium. Georg. Mor. *d. tr. de jure venandi part. 1. cap. 2. num. 67.* Sebast. Medices *de venat. p. 1 qu. 10. n. 5.* Cæterùm ii non in proprio tantum sed & alieno lacu vel stagno capientium fiunt. Quia ipsi æquè ac feræ in naturali libertate relicti sunt. *l. 3. p. 14. ff. de arg. vel amitt. poss.* Ludwell. *in disput. ad Inst. 4. th. 5.* aliud dicendum de piscibus in piscinas conjectis, quos piscinæ dominus possessionis & proprietatis jure sibi vindicat *d. l. 3. §. 14.* quandoquidem piscina hominum industria, stagnum verò & lacus fiunt natura. In piscinam item pisces manu industriaque humana mittuntur. At in lacu inundationibus importantur, aut in illo nascuntur. *Also erstreckt sich die Freyheit deß Fischens nicht auf hege VVasser:* ubi pisces aluntur *text. & gloss. art. 28. Sachs. Landr. Nicht auf Spring-Wasser so eingeteucht und nicht in wilder Wege fleust.* Lehnrecht. *cap. 71. gloss. n. 4. nicht auf begrabene Teuch, Weyher, Behaltnusser, Fischbhal-*

ter

ter und gefangen VVasser. d. gloss. 4. im Landrecht tit. 2. art. 28. Bache oder River. Modest. *Pistor. consf. 19. in pr. & n. 1. col. 1. Und vvo Schleussen, Lachen, stille Bey-VVasser und sonderlicher Fischgang ist. d. art. 28. l. 2. Landrecht. Und in Summa in anderer Leute und Privat-Personen zustandig gefaßten VVassern und Teichen, soll ein Jeder sich deß Fischens enthalten. l. 3 §. ult. ff. de in jur. l. 62. §. si vi variis ff. de usufr.* Schneidew. *ad §. 2. n. 11. J. de A. R. D.* add. *arg. §. 12. d. tit. de R. D. l. 15. infin. & seq. de act. l. 9. §. 5. de usufr.* add. *art. 169. in pr. Ord. Crimin. n. 1.* Carpz. *in J. F. p. 3. consf. 32. def. 26. n. 2. & 3.* Coler. *decis. 101. n. 12.* Berlich. *p. 5. conclusi. num. 15. & 20.* Carpzov. *in p. 1. cap. 2. part. 2. qu. 84. num. 00.* Modestin. *Pistoris vol. 1. consil. 20. num. 1. cum seqq.*

Ita porrò nec piscatoribus accendere lumen in littore maris licet. *l. 10. ff. de in incend. ruin. naufragio & ibi* Brunnem. add. Kraiser. *de jure piscandi art. 8. & art. 2. & 5.* ubi etiam de aliis instrumentis Piscatoribus prohibitis agit. Et alibi ad certum tempus piscationes quoque restringuntur ita *Basilea* à die S. Andreæ usque ad veris initium *Salmones* capere non licet. laud. Burckhardus *in d. disput. de pisc. th. 8. num. 20.* addatur Gösnerus *lib. 4. in aquatilib.* Petr. Heigius *p. 1. qu. 15. num. 18.* ita *funduli* absque præscitu Magistratus ordinarii ante festum S. Joh. Baptistæ in Bavaria non capiendi. vid. Kraiss. *de jure piscin. Bavaria part. 6.* ubi *addit.* hanc rationem *vveil sie vorher leichen oder streichen.* & tempus *der Leichzeit* ho-

horum pisculorum esse tempus paschatis usque ad festum S. Joh. Baptistæ circiter add. Coler. *in Oeconom. lib. 16. cap. 43.* ubi dicit hos pisculos à nativitate *Christi* usque ad tempus *Paschatis zur Leichzeit* optimos esse. Aut sub certo modo conceduntur *daß man vveder grosse Reiser legen noch grosse Garn brauchen dœrffe.* Petr. Gregor. Tholosan. *Syntagm. lib 3. cap. 14. num. 6. & lib. 34. cap. 10. num. 12.* Schurff. *consil. 18. num. 2. cent. 3. in gevvisser Refier bleiben, und darüber nicht schreiten.* Andr. Knichen. *de privileg. Saxon. cap. 5.* verb. *VVasser-Fischerey pag. 137. Ein Zinß von der Fischerey geben oder das Fischer-Recht gar erkauffen, pachten.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 9. v. 3.* Hartm. Hartm. *lib 2. tit. 24. obs. 3. num. 8.* Schneidew. *ad §. 2. num. 8. Limitatur a. J. de R. D. Die kleine Bach nicht ausgiesen, und die Fischzeige nicht so eng machen müsse, daß der Lech wie auch Strich nicht verderbet, und die Wasser verwüstet werden.* vid. *Churf. Sachsische Land-Recht. tit. Fischer-Ordnung.* Schult. ad Coler. *decis. 101. num. 5. 6. 7.* Jus quoque piscandi in quibusdam fluminibus vel etiam rivis *in gemeinen VVasser-Bachen* relinquitur commune, in quibusdam verò à Principe jure feudi vel alia ratione conceditur. Struv. *S J. F. cap. 6. aph. 28.* add. Oettinger. *d. tr. lib. 2. cap. 12. num. 28. seqq. Die Fürstl. VVürtemb. Fisch-Ordnung.* Tabor. *innot. ad C. J. A. de A. R. D. de venat. th. 21. de furto autem piscium.* vid. *art.* Nemes. *Carol. M. art. 169.* & ibi Tabor. *in racemat.* Ubi etiam de furto cancrorum agitur.

Huc

Huc etiam pertinet Jus detrahendi decimam piscium partem. vid. Bocer. *de Regalib. cap. 1. num. 42.* Sixtin. *eod. tr. lib. 2. cap. 18.* *Canabis* autem ac *linum* piscibus valdè nocivum est, idque propter fætorem. Kraiser. *in tr. de jure piscandi in Bavaria in art. 11. fol. 182.* apud Fritschium *in corpor. juris venat. forestal.* ceu oculatus testis testatur quod ipse viderit, ubi Cannabis ac Linum in aquis piscosis fuerit, ibi pisces quoque propter fætorem periisse. Ubi etiam *articulo 9. esca* piscari licitum non esse monet, cùm ea piscatio sit fraudulenta, & ea pisces in magna quantitate capiantur. add. B. Stryke *in usu moderno ad tit. nequid in flumine publico fiat.* Ubi propterea, quia per *macerationem Lini & Cannabis* fluminibus & piscibus, qui in illis sunt, non parum noceatur, ejusmodi macerationem multis in locis expresse prohibitam esse notat, & adducit constitutionem Ducatus *Magdeburgici in der Flecken-Dorff- und Acker-Ordnung, de anno 1704. §. 38.*

In Imperio piscationi præpositi fuere COMITES *VVerengerodenses*, quorum Comitatus ad Stolbergios *anno 1329.* venisse dicitur, qui inde in Insignibus suis habent *Laternaculum Argenteum, pisces* duos *rubros* (*Forellen*) *capitibus* & *caudis* invicem obversos continentem. ex Spenero *Oper. Heraldic. part. spec. l. 3. cap. 50. num. 10.* Dn. Collega noster D. Schweder *in diss. Juris publ. de Reservatis Imperator. th. 50. in fin.* add. *teutscher Reichs-Staat. p. 4. cap. 1. p. 380.* ubi traditur: *Daß die von Basel sich vor des Heil. Rœmisch. Reichs Fischer ausgeben, und daß auch vor dem ein Graf von Oldenburg des Heil. Rœm.*

Rœm. Reichs Teüch-Meister gewesen seye: Und wegen Mœmpelgardt führe VVürttemberg zwey gold-gelbe mit den Rucken conjungirte *Barben-Fischlein im rothen Schild. teutscher Fürsten-Staat cap. 11. p. 647.*

An autem impeditus sive prohibitus venari, ab eo qui jure eam prohibere non potuit, agere valeat, non tantum ad retia rupta eorumque æstimationem, sed & *ad interesse venationis*? Hoc affirmandum censet Mor, *d. tr. p. 1. cap. 10.* scil. quo venatio *copiosa* & optima *arg. l. 21. in fin. d. l. aquil.* negandum verò, ubi ea *rara* & incerta est. *arg. l. 29. §. 3. versu planè. ff. ad L. aquilium.* De cætero etiam *pisces tonitru exanimari*, & *explosione* tormentorum in præliis maritimis abigi creduntur, non enim verum est illos *auditu* carere, ut quidam volunt, cum nos aqua demersi nihil audiamus: nam alia est in iis organorum ratio quæ appulsu circulorum aëriorum afficiuntur. Morhof. *de vitro per vocis sonum rupto. cap. 13. fol. 416.*

CAP. V.

De Objecto Venationis.

Thes. I.

OBjectum *Venationis* nostræ in genere ita sumptæ, *constituunt omnes feræ animantes* in statu naturali suo liberè vagantes. Ità *dictæ* à *ferendo*, quòd scil. naturali suo impetu ferantur & vagentur, ac è conspectu hominum se auferant. Et quidem

dem in ſpecie Venationis in ſpecie talis ſunt *Terreſtres* in ſylvis & latibulis ſeſe continentes. Eæque vel *majores* vel *minores*, *das hohe und kleine VVildpret.*

Theſ. II.

Inter illas autem *referuntur rufæ feræ*, noſtro ſermone: *das rothe VVildpret*, ut cervus, cerva, alces, *Elend-Thier*, & *nigræ*, *das ſchwartze VVildpret*, *ut ſus*, *urſus*, ad *has* verò referunt, lepores, vulpes, ſciuros, & ſimilis farinæ. Dn. à Seckendorff *im Teutſchen Fürſten-Staat. p. 3. 5. Regal. p. 433.* Textor. *d. diſſ 9. de Jure venandi th. 18.* In quo tamen *ad cujuslibet* Religionis *conſuetudinem reſpiciendum eſſe cenſemus.* cum Illuſtr. Rhetio *in Inſt. J. P. l. 2. t. 18. §. 8. Capreolæ* tamen indubiò ſpectant ad majorem venationem, niſi contrarium liquidò conſuetudine probetur laud. Rhet. *in Com. J. F. 1. J. 2. inpr. § 1.* ibi: *niſi ex curiæ feudalis vel loci conſuetudine capreolas nomine minorum ferarum, venire conſtet*, vel NB. *probatum dari poſſit*, ne aliàs venatio *major* coanguſtetur & ad ſolos cervos reſtringatur. Berger. *d. diſſ. cap. 1. p. 15.* conſentit Müller. *tract. de Princip. & Statib. Imperii cap. 71. §. 1.* Tabor. *d. loc. niſi* quis inter minores feras etiam capreolas venari ſolitus ſit, ſic enim in quaſi poſſeſſione defendendus eſt. Tabor *d. th. 14. Reſponſ. Jur. ad qu. 2. in fin.* Argentorat. *vol. 1. Conſil. 88. qu. 3.* quod intelligitur de poſſeſſione cujus non extat memoria. Beſold. *d. loc. cap. 1. p 15.* addat, Dn. Valentini *Natur- und* Materialien-*Kammer.*

 lib.

lib. 3. cap. 14. ubi *de Rupi caprâ, Stein-Geiß,* & *agaropila, Gemßen Kugeln, elegantia* tradit *pag. 448.*

Thes. III.

Inter reliqua autem animantia *terrestria* corporis mole imminet & principatum tenet. *Elephas* cujus in ore dentes robore *firmissimo*, sanguis ejus omnium frigidissimus, ætas autem centesimum annum nonnunquam complevit. Fransc. Baconi Baronis de Verulamio *in Vol. 5. in Historia vitæ ac mortis p. 34.* addat. Vossius *de Orig. Idololatr. lib. 3. p. 992.* *Quatuor* autem *dentes* habent, præter duo illa eburata cornua, quæ in *maribus* reflexa; *fœmellæ* in solum propendula gerunt; *inferiorem* tantum *maxillam* inter mandendum movent, *superiori* semper immota, loco *narium* proboscidem habent pexilem, quo vice manuum utuntur. De *robore* Elephantorum vel cognoscere est ex eo, quod turres gestant, unde decem *vel 15.* etiam milites mittant jacula aut sagittas. vid. Voss. *d. loc. p. 991.* Quicquid de Elephanti docilitate dicitur verum est. vid. *Dissert. Physic. de Elephant.* Altdorffii, Præside B. Christoph. Sturmio, *habita 1696. mense Febr.* & omninò Vossius *in d. tr. d. l.* ubi etiam de eorum *sagacitate* agit, & alia eorum artificia adducit, quale, quòd discant adorare Regem, etiam edoctos saltare in Choreis, & pila lusitare proboscide, gesticulari in spectaculis. Interim tàm vasta, tàm valida, tàm sagax belua, non solùm *fraude* capitur *humana*, sed & capta mansuescit, quin etiam regitur à puero tredecim annorum, jugum quoque subit

bit ac currum trahit. Vossius *d. l. p. 994.* Elephantes autem venandi & capiendi modos tradit: Abbas de Choysi *in suo diario p. 264.* addat. inprimis Libellus, curiose *Elephanten Beschreibung inscriptus, Norimbergiæ editus.* Concinnè hunc describit: Barclai *in Argent. p. 424. de ingenio Elephantum in Pegu mira tradit.* Casp. Balbii *in Navigat. Orient. p. 81.* vid. etiam *Terry Voyag an Mogol. ap. Thenenot. part. 1. p. 36.* Eorum usus in bello olim multus, sed aliquando fieri potest, ut suis quoque dominis pariter ac hostibus in furorem acti sint noxii, ut eleganter in prælio Poliarchi cum Radirobane hoc comminiscitur. Barclai *in Argenite p. 424. & seqq.* & aliam *acrioris. p. 437 seqq.* Exemplum in rei veritate habet. Barr. *As. decad. 2. l. 6. c. 4. p. 135.* Sic munitissimum castrum in urbe Chaulom à Lusitanis captum, cùm hostes ex arce Elephantem armatum ad ipsos dimitterent, isque in ipso ostio interfectus, impedierit, ne porta potuerit recludi, atque ita Lusitani irruperint. Philipp. *à S. S. Trinit. s. 1.* His in bello prudenter utitur Magnus Mogorum Rex, & *5000* educit armatos, *tùm* ad corporis tutelam, *tùm* ad offendendum, nec antecedunt exercitum, sed in ultima statione sequuntur, ut si fortè hostis eò penetrârit, in illum emittanrur. vid. Perasch. *de Rege Mogorum. p. 62.* & Terry Voyag *an Mogol. ap. Thenenot. part. 1. p. 69.* quos etiam inter se committit, teste laud. Turri *d. tr. 1. 16.* Et hujusmodi spectaculo semper post prandium Eum interesse. *p. 27.* Eâdem quoque *Rex Turquin. delectatur.* teste Balinot. *relat. de ce Rojaum. p. 193.*

ubi quoque refert, quòd Rex ipſe Elephanto inſidens contrà milites feratur, quibus fugientibus, Elephas, haſtas, gladios, aliaque arma eripit, & ad Regem reſpiciens eadem decenti geſtu illi præſentet. add. Voſſius *in d. tr. de eorum uſu in bellis & ludis p. 996.* ubi de affectu in vitulos tradit. Si venatores urgeant, quod malint vitam amittere, quam ut eos deſerant, & veriſimile virtutum eſſe indicat. Sereniſſimi Daniæ Reges ad hæc & alia ſimulachra reſpexiſſe, Elephanti imaginem ſuis ſubdendo inſignibus, atque ordini equitum Beatæ Mariæ à ſe inſtituto pro Symbolo torquem dando aureum ex Elephantis caſtella gerentibus, & calcaribus ſigno dignitatis Equeſtris. De Ingenio Elephantum in Pegu mira tradit. Caſp. Balbii *in navigat. Orient. p. 81. 85.* ubi etiam de eorum luctu & lachrymis ob occiſum Regem, quem vehere ſolebant, nonnulla refert. *& p. 87.* vid. etiam Terrii Voyag. *an Mogol. ap. Thenenot. p. 1. p. 36.* proboſcides facillimè amputari, pyrrhi preliorum experimentis patuit. Plinius, *lib. 8. cap. 6.* add. Livius *lib. 27.* Voſſius *p. 992.* Cæterum *Elephas* geſtare uterum dicitur bienni ſpatio. Bacco *de Verulamio in ſylva ſylvarum. p. 404.*

Theſ. IV.

Elephanti hoſtis *Rhinoceros*, de quo plura tractat. Th. Barth. *tract. de Unicornu, cap. 9.* & Cruſius *de Indiciis Delict. Special. p. 2. cap. 1. num. 10.* notat. nec Indos poſſe gloriari ſe animal hoc poſſidere in ſaltibus. *Aſinum Sylveſtrem* aliàs Onager dictus:

dictus: (Cujus robur in ictu pedum, quem cum alce confundunt alii. vid. Vossius *in d. tr. lib. 3. p. 1033.* ubi ex Ammiano Marcellino hæc refert: *Asini feri, cum venatibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut pervorent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ipsa displodant.* Alce autem unico ictu unguli quandoque interimit lupum, uti & canem, eoque elabante oppositam arborem eludit.) Pro nobili illo animali recognoscentes. Ælian. *lib. 5. cap. 22.* ubi ait: *Asinos Sylvestres* apud Indos nasci, magnitudine equi, unicornes, ex quo cornu, si quis bibat, à plurimis morbis ille sit tutus. Horum autem venationem Persis fuisse, per quam usitatam patet, ex Nicol. Damasceno *in Excerpt. Persian. p. 428.* quorum etiam caro in cœna magnatum apud Persas usitata. ex Herold. *lib. 1. Vales. ad Excerpt. Peisnec, p. 64.* De *Carne Asinorum* quos Hispani in desertis locis venantur, & loco ferinæ habent, appositâ *Friderico II. Electori* & ab inscio comesta. vid. Lansius *in Orat. pro Polon. p. 758.*

Cœterùm *de Rhinocerote, Naßhorn, an sit vel fuerit aliquando in orbe?* non pauci dubitant, Plinius, *8. cap. 20.* omninò affirmat & describit hanc bestiam, Diodorus Siculus, *lib 4.* & Strabo, *lib. 6.* dicit: *Se hoc animal vidisse Alexandriæ, colore non buxo, sed Elephanti persimili, magnitudine tauri, & forma apro proxima, præsertim quantum ad rictum, prater nasum, qui cornu quoddam est recurvum, omni osse durius, quo pro armis utitur, uti aper dentibus.* addit Author, *habere animal duo Cingula, tanquam*

Draconum volumina à dorso usque uterum circumeuntia, alterum jubam versus alterum ad lumbum. Hæc eadem bestia visa est quoque in ludis; Pompeji Magni, ut refert Plinius *l. 8. c. 20.* eumque Cæsar, seu Titus seu Domitianus commisit cum uro vid. Vossius *d. loc.* & Romani in circo etiam cum Tauro aut Leone. Quin imò *Ulyssipona* non solùm visus, sed commissus etiam cum Elephante, spectante Emanuele Rege *anno 1515.* & visus nostris diebus ait Johann de Pineda in Job. XXXIX. 9. *tom. 2. Madriti*, ut non dubitare liceat, quin verus Rhinoceros fuerit. Rhinoceroti autem vis est in *cornu*; quod unicum habet in nare ac prævalidum; atque hujusce fiducia concurrere audet, cum elephanto, viribus licet impar. Nam si ventrem nequeat contingere, proboscide & dentibus, ab Elephanto superatur, sin ad eum pertingendi copia sit, cornu (quod ad cautes acuere solet, sic ut ferro certet) ventrem aperit, atque ira Elephantum exanimat. vid. Voss. *in tr. de Idololatria lib. 3. p. 1029. & c. 56.* Barth. *de Unicornu d. loc.* Valentin. *tr. in der Natur- und Materialien-Cammer lib. 3. von allerhand Thieren. cap. 30. p. 481.*

Thes. V.

Huc etiam spectat *Bos Sylvestris, ein Wildt-Ochs*, cujus venatio per quam perniciosa, qua venatione etiam periit *Theodebertus Rex Francorum*, dùm enim exiit ipse venatum, occurrit ei taurus miræ magnitudinis, altum Cornutus, obvia quæque sternens, cui, cùm Rex venabulum intenta-

ret,

ret, Urus ille arborem proximam concussit, cujus cadentis Ramus Theoberti caput ita afflixit, ut is supinus caderet, ac vix domum relatus, eodem die animam efflaret, ad Filium dehinc ejus *Theobaldum* anno eo, qui *549.* Christi erat, Austrasiæ Regnum Alemanniam quoque continens, pervenit, B. Crusius *in annalib. Suevic. l. 9. Part. 1. pag. 240.* hujus fiducia est in duritie tergoris, hinc Plinius. *l. 8. cap. 21.* tergori, inquit, duritia silicis omne respuens vulnus. Vossius. *d. l. 3. fol. 1033.*

Thes. VI.

Huc refer; (*das Stier-Gefecht,*) quam venationem nostris & superioribus proximis seculis in usu fuisse, disco ex Gomes. de *potestate in se. l. 2. cap. 11.* ubi *an licita multa ex multis adducit* inter *alia*; quòd nonnunquàm taurorum ferocitas jaculis lacessita in lacessentes, si minus agiles sunt, & in fugam se recipiant, sævire soleat. Conjicio inde ego, multos procul dubio à Tauris in his ludis lethaliter læsos fuisse; Has agitationes Taurorum in Hispania optimè describit, Welsch. *in itiner.* add. Harsdœrff. *Gespræcn. p. 3. 289. 167.* Illas etiamnum usitatas *Hispali* refert. Frœlich. *vial. 2. p. 58.* ubi domum & *Mattaredo* dicit esse, in cujus Campo ante mactationem pecorum, venatio. Taurorum cum molossis spectatu jucundissima institui soleat, & Clarius Merul. *Cosm. 22. 24. p. 181.* add. Happel. *in relat. p. 5. fol. 38.* Zeiler *in Itiner. Hispan. 2. n. 5. Jure Canon. hac venat. in septim. Decad. l. 5. tit. 18. severè interdicta,* vid. B. Stryk. *diss. de jur. principis circa rationes c. 5. n. 25. & seq.* De pugna autem

tem Leonum cum Tauris in Amphitheatralibus ludis Fessæ. Papt. Gram. meminit. Afr. *Illustr. cap. 10. pag. 119.*

Thes. VII.

Inter fortissima autem ferocia & nociva animalia caput ex tollit *Leo*, animal valdè validum pectore, & priori corporis parte, sicque robustissimum & superatu difficillimum, quod inprimis de *Leana* tradunt ob affectum erga *catulos* suos, nec Leone modo vel Leæna nihil *fortius*, verùm neque *Generosius* vid. II Samuel, XVI. XVII. 10. Vossius *d. tr. p. 1007.* progreditur pedatim, humeris ad gressus singulos commotis, inter alia animi indicia hæc vis *animi* è *cauda* apparet: quæ immota illi, quando placidus est: at blandiri si volet, leviter eam commovet, sed rarò talis est. Nam natura iracundus & igneus est, ac quoties irascitur, prius cauda terram verberat gliscente irâ, etiam tergum eâ flagellat. vid. Vossius *de orig. & progressu Idololatr. l. 3. pag. 1006. & seq.* præcipuè fortes sunt, quorum colla vestiunt Jubæ. laud. Voss. *d. l.*

Cæde autem multa victor armento seu cornigero gregi incubat, cruore rictus madidus & pulsa fame non ponit iras, non curans aut timens inclamationem multitudinis armentariorum, juxta Esaiæ cap. XXXI. 4. & Michæ cap. V. 8. add. Propheta Nahum. cap II. 11. & 12. & proverbia Salomonis cap. XXX. 30. Et hinc Tauros premens vitulis minatur dente jam LASSO piger, ita Ann. Seneca *in Thyeste pag. 227.* Habet autem

den-

dentes præcipuè primores sive principales dentibus insertos instar serræ. Bacco *de Verulam. in Sylv. Sylv. cent. 8. fol. 400.* Omnia *ossa* ejus sunt *Medulla* expertia, adeò autem *solida*, ut si invicem collidas *ignem* velut è silice *elicias.* Voss. *d loc.* Cujus etiam terribilissimus est *fremitus* seu rugitus. vid. Propheta Zephan. cap. III. 3. de quo Camerarius *H. S 3. 374.* ex *Ambrosio* & *Melanchtone* & propria *experientia* refert, quondam hîc *Tubin æ* rugitum Leonum in *arce* nutritorum, in vicinia, interdum etiam secundo vento Rotenburgæ, exauditum fuisse: adipe etiam Leonis inunctos, esse tutos ab omnibus bestiis volunt multi. ejus etiam exuviæ *conducunt* pro indumento vel stragulo; & hodie *Turcis* ac *Moschis* ejus *pellis* usus pro pallio esse dicitur. Et etiam antiquitus eo sternebatur Heros. Vossius *d. lib. 3. cap. 53. pag. 1012.* dormit oculis apertis uti lepus. laud. Voss. *d. l. p. 1011.*

Ex quibus autem fortitudo Leonis eluceat, tradit Voss. pluribus. *d. tr. l. 3. cap. 2. p. 1005.* unde quot crudelia facinora vel fortia perpetrant *Magnates*, *Leonibus* comparantur post claud. *lib. 2. de raptu* Proserpinæ & Lucan. *l. 1. & 4.* laud. Voss. *d. loc.* quem etiam vide *pag. 1017.* ubi tradit quibus *Leonis* comes fuerit pro cibo, quæque ejus partes in Medicina sint utiles, item de Leonis amore erga canem socium, clementia ejus erga supplices, de Leonis Leonæque vindicta de Ursu obcatulos interemtos. vid. Voss. *d. tr. l. 2. p. 1008. & seq.* & Coler. *l. 14. c. 24.* capitur in foveis stratis supernè virgultis, apposita carne morticena in fossa media agno

ſub rumo vel hædillo de columna ſuſpenſo. vid. Colerus *in ſua Oeconom. lib. 14. cap. 42.* Voſſ. *d. tr. l. 3. cap. 53. pag. 1014.* Exercetur etiam venatio *igne* adverſus eos, ſi ignibus oſtenſis clamore protervè ſublato & metu canum in retia adigantur.

Quippe Leo timet, ignita luculentia tæda
Spicula, nec contra vultus attollere tentat.

ex Oppian. *l. 4. de venat.* Feſch. *in d. tr. de re venat. th. 10. p. 591.* Voſſ. *d. loc.* Ejus cauſam de *Leone* reddit Ælian. *de Animal. l. 12. c. 7.* quia eſt, inquit, animal valdè igneum, & ea eſt cauſa, cur illud *Ægyptii, Vulcano* conſecrârint, exteriorem autem ignem fugiunt propter copiam interioris. add. Ariſtotel. *de hiſtoria animal. l. 9. cap. 44.* add. Feſch. *d. loc.*

Eſt & alius *modus equite* cum duobus canibus prodeunte & his quidem mordentibus ac divexantibus, illo interim certiſſima jacula emittente. laud. Voſſ. *d. loc.* facilis autem modus terrendi leonis, ſi pannum objeceris oculis. Voſſius *d. loc. 1016.* Captos verò exarmare quoque poſſunt dentibus & ungibus ne noceant. Voſſius *d. loc. pag. 1015.* ubi etiam eos domari poſſe tradit, imò ita paulatim manſueſcere, ut impunè manu contrectes, quid, quod etiam currum equi inſtar trahere aliaque ſervilia opera præſtare poſſit, quomodocunque ſe patitur cancellis includi ligneis, fereis non item. Voſſius *d. lib. 3. fol. 1008.* ita Luſitaniæ Rex Joh. II. Leonem ſemper habuit ſecum canis inſtar accubantem, Voſſius *d. l.* terreri Leonem circumactu rotarum, item tympanorum impulſu. item Voſſ. *d. tr. p. 1016.* fabula autem eſt quod *Gallum* Gallinaceum formidet. Voſſ. *p. 1017.*

Sa-

Sagacitas *Leænæ* in eo conſpicitur, ſi coierit cum *pardo*, non continuo redire ſolet ad Leonem, quem acerrimum adulterii vindicem ſcit, ſed prius *nive* aut flumine ſe abluere atque ita obliterare adulterii odorem ſtudet. Altæ etiam mentis imaginem refert, quod, ubi venatores inſtant, in terram conjicit oculos. laud. Voſſ. *d. lib. 3. cap. 2. pag. 1009.*

Stupendum autem de Leone, MARCO nominato, exercitæ in fæminam ſævitiæ, exemplum, quod Viennæ ante biennium contigit, à viro fide digniſſimo relatum accepi, quod hic ſui Magiſtri filiam, ſcopo purgantem ejus ergaſtulum, & ex inanimadvertentia januam ergaſtuli apertam relinquentem, eam animadvertens, adeò ſubito invaſerit, ut prioribus pedibus humeris incumbendo & per duarum horarum ſpatium cum ſtupendo rugitu eam illæſam detinendo, tandem uno morſu interemerit, & cum veſtimentis totam inglutierit & ita conſumpſerit, fruſtra expectata liberatione humana: nemine audente accedere, aut per bombardæ explosionem quid tentare, ex metu, quod irritatus ferociam & effrenem iram ſuam eò magis exerceret. Cæterùm cadaver non attingit Leo ſed vivo veſcitur animali aut recenti prorſus. Voſſ. *d. tr. fol. 1008.* add. Valentin. *in ſeiner naturalien Cammer. cap. 27.*

Theſ. VIII.

Huc etiam pertinet *Leopardus*, de quo Voſſ. *p. 1064.* item *Tigris* vid. *l. un. C. de venat.* belua ſævà, indomita, rabida & perniciosiſſima, cujus animalis miranda eſt velocitas, unde & nomen accepit, à celeritate, *ein Tiger*, vid. Plin. *lib. 6. cap. 27. at lib. 8. cap. 18.* Iſiodorus *lib. 12. cap. 2.* Medi enim *ſagit-*

gittam appellant *Tigrem*, imo & rapidissimo Hyrcaniæ fluvio tigidris nomen datum fuit, ut est apud laud. Plin. *d. loc.* audito tympano, tigrides tanta concitantur rabie, ut se ipsos dilanient, Plutarchus *præcept. connubial. p. 144.* Virg. *cel. 1. 63.* Tigris etiam canis Actæonis dicitur apud Ovid. *Met. 3. 217. Ein geschwinder Hund, ein Windspiel, Wind, conf. colam. 7. 12. extr. p. 3. Sie saugen das Safft und Marck aus den Baumen, und werden gefangen mit Bæren-Beisser.*

In Junnan apud Chinævens. verò Leonibus ferociores sunt, humanæ carnis avidæ homines ex ipsis ædibus; ut felis mures abripiunt. Etiam arbores conscendunt, inde qui eo confugerunt deprædantes, Circa renes *baculo* percussus *animo* linquitur & superatur: neque alia ratione facilius domari potest. Ac ne in homines pariter & bestias insatiabiliter grassetur, natura parvumquoddam animal ei socium fecit, quod perpetuo suo latratu præsentiam Tigridis prodit; quo audito, reliquæ bestiæ se abdunt, homines aufugiunt. Magna inter *Tigres* & Rhinocerotem amicitia est; ubi Rhenoceros, ibi & Tigris cubile suum habet, ac frequenter simul ambulant, causam Javani referunt in stercus Rhinocerotis, quo Tigris contra debilitatem stomachi utatur, non secus ac feles nepetam, canes gramen, cervi dictamnum pro medicina habent, sed Rhinocerotis fæmina dum prolem suam lactat; Tigrim non fert juxta se ambulantem. vid. *descriptio* legat. *Batav. ad M. Tartar. chamum. pag. 112.*

Harum *catuli capiuntur* à venatoribus projectis

ctis post abreptionem in fuga *clypeis vitreis*, in quibus mater prospiciens formam tigrinam, catulos esse putans, eosdem eripere vult, usque dum *clypeum* frangat, hac autem mora fugam interim concessit venatori, ex vitriacensis historia Orientali celeberrimus Voss. *de Idololat. l. 3. c 73. fol. 1116.*

Albertus Magnus globos vitreos objicicendos suadet, ut, rodato globo magis insistant, vivere catellos persuasi. De cætero hoc animal lento incedit gressu: *hat einen tragen Gang, alles aber was es anfællt, entsprengt es aus seinem verborgenen Schlupff-Hælen, gleich wie die Katzen die Mauß zu erhaschen wissen.* Valentin. *in seiner natürl. Cammer. d. cap. 27.* ubi addit, *daß sie æffters vor Tod sich dahin legen, um die andere Thier, absonderlich aber die Affen (denen sie gar sehr nachstellen zu berücken), wie sie dann deßwegen æffters mit grosser Gedult lange aushalten und vertragen kœnnen; wann ein oder anderer Aff auf ihnen herum tantzet, biß endlich mehr darzu kommen, und nachmahlen alle in Stücken zurissen werden.* add. illud. Hoseæ cap. XIII. 7. Habacuc cap. I. 8.

Thes. IX.

Hos excipit URSUS, qui pariter ferocissimus, cujus *robur* est in *brachiis* & *lumbis*, uti Solenus ait *cap. 29.* atque addit inde esse quod interdum *posticis* insistant *pedibus*. *Caput* verò invalidum est, ut mirandum non sit, quendam in arena solo colopho exanimatum, ut Plinius *narrat lib. 8. cap. 36.* præcipuè metuendæ eorum vires raptis catulis. Unde *Chusai* ad Absolonem *lib. 2. Regum sive Samue-*

lis

lis Cap. XVII. Tu nosti patrem tuum & viros, qui cum eo sunt esse fortissimos, & amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in Sylva sæviat. Vossius *in d tr. lib. 3. cap. 56. num. 1033.* nihil autem vulgatius est, quàm ursos *parere massam* rudem sine oculis, sine pilo, unguibus tantum prominentibus, informeque hoc ab ursa *lambendo* formari. Quam de fætu ursæ opinionem habuere Aristoteles *lib. 4. histor. animal. c. 30.* & Orus *l. 2. c. 83. in Hieroglyph* etiam Ovid. *Metamor. fol. 33.* item Petronius illo versu:

Sic forma lingua fætum cum protulit ursa.

add. Plin. *lib. 8. cap. 26.* Ælian. *lib. 11. de animalib. cap. 19.* Sed planè fabulosa hæc est opinio, estque partim inde orta, quod crassæ admodum sint secundinæ ursarum. Quod nihil ad fætum contentum, (hunc enim membra habere prorsus distincta, gravidas cum ursas dissecuissent comperere venatores) partim inde, quod lambant fætus suos, quasi non aliæ hoc animantes faciant ad sordes abluendas in terminis laud. Vossius *de arg. & progress. Idololatr. lib. 2. p. 1022.* ubi etiam Cæsar Scaligerum consentientem *Exerc. 6. sect. 15.* & alios adducit.

Gestatio autem ejus in utero est festina admodum vix ad quadraginta dies. Bacco *de Verulam. in vol. 5. de historia vitæ & mortis.* est autem animal pigrum & iners, magnus dormitor. laud. Bacco *de Verulam. d. loc.* non exiguum autem providentiæ divinæ argumentum præbet, quod ursis etiam prospectum sit hyeme delitescentibus, nec idoneis ad cibum foris quærendum. Dum enim somno sopi-

piuntur, adeps sic iis gliscit, ut exundet, quem è prioribus pedibus exsugunt, ut inde vivant. laud. Voss. *d. loc. p. 1026*, Horum captura periculosa, ita meminit. B. Crusius *in annal. Suevic. lib. 12. part. 3, pag. 841.* Venatoris in Würtembergia, cui, dum in confodiendo urso feroci, villoso aberrans, ceciderat, caput ab ea bestia præmorsum fuerit. Per trajectionem globi in caput facile optimè exanimantur de quo vid. Coler. *in suo tr. lib. 15. cap. 44.* capiuntur etiam in *fovea* vid. *l. 5. ff. de A. R. D.* adiguntur etiam in Retia accensis tædis, ut & olim FORMIDENE. de quo vid. Virgil. *lib. 3.* Georg. *p. 235. num. 370.* ibi:

- - - *non cassibus ullis*

Puniceævé agitant pavidos FORMIDINE pennæ. i. e. funiculis extensis, quos lineas appellabant, intexebantur variarum avium pinnæ, ad feras terrendas & coërcendas, ut in retia agerentur Id totum Formido, à re vocabatur, quia feris eam dabat. Taubmann. *ibid. in not.* add. Virgil. *lib. Æneid. 12. p. 1049. num. 750.* ibi: *aut Punicea septum formidine pennæ.* ibique laud. Taubm. *f. 1053.* ita Formido in venatione *Lineam* significat, vario plumarum nexu discolorem, qua terrentur apri, vulpes, lupi, ursi, sed potissimum *cervi* Quam Oppianus *l. 4. de venat. lineam formidolosam* appellat. add. Fesch. *de re venat* apud Fritsch. *p. 592.* & laud. Col. *d. l.* ursus autem *dolo & vi* ita etiam *capitur, Venator armatus* aggreditur *ursum cultro* præacuto accinctus, *ursus* ubi hominem cernit, mox complectitur *prioribus pedibus*, veluti brachiis compri-

men-

mendo necaturus; interim venator tutus armatura, cultro cor ursi petit atque occidit. Vossius *d. tr. lib. 3. fol. 1112.* add. Coler *d. loc.*

Ursina autem *carnes insalubres*, nam & iniquum succum creant & atrabiliarium, vix enim concoquitur stomachoque adversatur. vid. laud. Vossius. *d. loc. pag. 1078.* ubi addit. uti *equorum* & *asinorum* carnes *hominibus* conveniant *asininis*, ita illas pardorum *ursorum* (parque est Tigridis ratio) solùm permittendas *hominibus efferis*, ursorum tamen palmæ seu brancæ ursinæ, conducunt & sunt quàm maximè ad palatum: vid. Coler. *de Oeconom. l. 14. c. 42.* De *ursu* autem & *ursa* sequentia tradit d. Anonymus *in d. tr. des neu-eroeffneten Jæger-Hauses. pag. 24. Der Bær wird gejagt, erschossen, gefangen, gestreifft, er brummet, frißt, gehet von und zu Loch, das ist seine Hœle oder Wohnung, da er sich über Winter einlegt, isset nichts in seinem Lüg oder Loch, saugt an seinen Klauen*, ut adeò suctu pedum vivat, de quo jam supra. add. Noë Meurer. *von Fürstl. Gerechtigkeit. fol 88.* Valentin *in seiner naturalien Cammer. cap. 26. Ferner wird gesagt von ihme, er gehet, erhebt und niedriget sich, springt, steigt, fællt, trifft, er siehet nicht wohl, hat eine Haut, schwere Branten, Grallen oder Tatzen, das Feist heißt das Fette vom Bæren.* De adipe autem ursina *vom Bæren-Schmaltz* tradit laud. Valentin. *d. loc. pag. 453 daß es sehr gegen die Ohren schmertzen und der Geschwulst gereiche, auch zu dem Nabeln und andern Brüchen nutzlich gebraucht werde.* add. Colerus *in sua Oeconomia l. 14.* cap.

cap. 43. Einen Münch machen, wird auch vom Bären gesagt, wann er sich in die Hœhe reiset. Ejus longi & eminentes *dentes brachi* vocantur, ut *Lucii* & *Salmonis*. Bacco de Verulam. *in Sylv. Sylvar. cap. 8. pag. 400.* dociles autem sunt, & in Polonia varias artes addiscunt, scilicet tympanum pulsare, saltare, pileum prioribus pedibus tenere, & Eleemosynam petere, cum hominibus luctari & sternere sinere, *sich nieder werffen lassen.* Colerus *in d. tract. de Oecon. lib. 14. cap. 42.* Certat aliâs cum tauro, quem, si non attentus sit, caputque avertat, subitò & magna agilitate à latere erectus insultat, comprehendendo prioribus pedibus ejus cornua,& morsu premendo ejus cervicem tàm arctè, ut planè se commovere nequeat, cujus sanguinem postea exsugit & interficit. Colerus *d. loc. Pellis* autem *ursina* conducit pro *stragulo*, & inservit contra insecta. vid. laud. Coler. *in d. tr. lb. 14. cap. 43.*

Thes. X.

Animal autem maximè nocivum, sævum, & perpetua rabie infestum est *lupus*, consistit autem robur ejus in priori parte corporis. vid. Coler. *in suâ Oecon. l. 14. cap. 23.* & stomacho adeò valido & ferventi est, ut ossa quoque perdura molliat, ac concoquat, àtque ab eodem spiritus fervore censet esse Plutarchus, quod, quæ lupus admomordit, eâ carne sint magis tenera ac delicata, etsi & facilius putrescant. Vossius *in d. tr. lib. 3. cap. 53. pag. 1026.* Dicunt etiam exta aut pellem lupi applicatam abdomini, curare colicum dolorem, & verum est, lupum esse animal maximè vorax, & vali-

dè digerere, atque ſic fieri poſſe, ut partes ejus corroborent viſcera. vid. Bacco *de Verulam. in Sylva Sylvar. cent. 10. pag. 535.* Si calcei geſtentur è Corio lupi, fit, ut pedes podagricis non doleant. Voſſius *d. tr. lib. 4. cap. 44. in fin.*

Miraculo autem planè ſimile eſt, quod refert Ludovicus Gvion. *diverſ. lect. tom. 1. l. 2.* De *Puero à lupa nutrito*, cui adeò in naturam Lactis lupini effluvia abierant, ut capti poſtea ſputum, ſi eo oves illinerentur lupos fugârit. Morhof. *in d. tr. f. 324.*

Perhibent etiam alii, *caput lupi* integrum ſiccatum, & in *columbario* ſuſpenſum abſterrere *vermes*, ut & muſtelas, martes. laud. Bacco *de Verulan. d. loc.* Pellem etiam ovis à lupo devoratam pruritum excitare una notat *pag. 536.* De cujus natura proprietate & aſtutia. vid. plura apud Colerum *in ſua Oecon. lib. 14. c. 23.* inprimis luporum ſagacitas in eo elucet; ſi quando ei cum armentis eſt certandum, terra impleat ventrem, quo pondere ejus irruant, vehementius idem quoque, ſi aquæ ſint tranandæ, ne earum impetu auferantur, non niſi benè ſaburrati ſe illis committunt, atque alii aliorum caudas apprehendunt. Ælian. *lib. 3. de animalib. cap. 6.* Voſſius *d. tr. lib. 3. cap. 58. p. 1047.*

De *Lupo* & *Lupina* verò ita technicè loquimur in vernacula: *Der Wolff heulet, frißt, zerreißt, hetzt oder laufft, trabet, wird geludert, gehetzt, gejagt, gefangen, von Hunden erbiſſen, todt geſchlagen; hat einen Balg oder Haut, wird geſtreifft: ſein Maul heißt ein Gebiß, die Zahne werden Wolffange genannt, die Füſſe heiſſen Klauen, wird in einem*

Garn oder Gruben gefangen, von Hunden erbissen, erwürgt. Meurer. *von Fæstlicher Gerechtigkeit. f. 89. Die Wælffinnen traben, und Wolffen, wann sie Junge haben. Würgen sagt man, wann sie sich mit einander beissen.* laud. Harsdœrffer. *d. loc. seine Augen leichten ihm des Nachts im Kopff wie zwey Lichter.* Tempore *æstivo* sunt *cærulei* coloris, hyemali verò *candidi*, unde proverbium: *Lupus pilos non animum mutat.* Coler. *in d. tract. de Oecon. lib. 14. cap. 23.*

Instrumenta autem ad prosequendos lupos inprimis *foveæ, die Wolffs-Gruben*, quæ sunt fossæ, asseribus, virgultis aut palis tectæ, in quas prædæ spes lupum trahit, item *die Wolffs-Garten.* De quibus quomodo constitui soleant, & quomodo aliàs capiantur. vid. laud. Colerus *in Oeconom. rurali & domestica. d. lib. 14. cap. 23. 24. 25.* Lupos captandi *modum* etiam tradit. Vossius *in d. tr. de Oringin. & processu Idololatr. lib. 3. cap. 73. hunc.* quod scilicet etiam fiat *falcibus* sub nivibus abditis allegatis cadaveri, ad quod occurrentes pedes sibi præcidant. Lapide ictus in loco petito tumescit, & nascuntur termites in sui interitum. laud. Coler. *d. l. 14. cap. 22.*

Est autem infestus PECORI inprimis OVIBUS, summa autem est *ἀντιπάθεια lupi* & *agni*, ut ea etiam durare credatur in *pellibus*: Nam si pariter pulsentur tympana duo, *lupino* unum, *ovillo* alterum *corio* obductum. Illius sonus validus erit & terribilis, hujus præ priori vix poterit audiri, atque ajunt idem habere locum in *chordis* è lupinis & ovillis

intestinis. Verum est causa hujus naturalis, quia tympanum & chordæ è pelle lupina sunt *duriores* & clarius sonant. vid. Vossius *in d. tract. lib. 3. cap. 58. p. 1055.* ubi de simili *odio* inter *Camelum* & *Equum*, inter *Elephantem* & *Rhinocerotem* tradit, ut & Hyænæ cum CANIBUS.

Cæterùm non parcet etiam hominibus tempore hyemali, teste *experientia.* Coler. *in d. tract. de Oecon. d. cap. 23.* Notabilis est historia, quæ nostro tempore in vicino pago, *Reusten*, cum *lupo* & *puero* tum temporis 11. annorum, contingebat. Qui, dum vesperi in sacello in colle posito tempore hyberno signum dare vellet, in eum infesto rictu irruebat lupus. Qui cutem eidem in capite cum crinibus jam detraxit, sed adhuc in tempore à canibus venaticis Schulteti in loco, fugatus, & ita puer liberatus erat, quem in adulta ætate jam constitutum, capite exinde planè calvo facto, sæpius vidi, ab eoque hoc etiam ipse percepi. De quorum aviditate in carnem humanam. vid. etiam B. Crusius *in Annal. Suevic. lib. 9. P. 3. pag. 513.* Inde ut lupi profligerentur sæpè imperatur, quoties aliquis in campo conspiceretur. Signo campanis dato ἀδμεὶ coacervatim in eos excurri, quo avida vis eorum extirparetur. laud. Crusius *d. loc.*

In *Anglia* sunt extirpati, ita ut lupus ibi non minus peregrinus quàm Leo aut Elephas. vid. B. Lansius *in orat. pro Brittannia fol. 506.* Lupum autem *cicuratum* si quis habeat in via publica, ubi iter fieri solet, & hic vulneraret transeuntem, dabitur contra dominum *actio de adilit. Edict.* cum quo con-

concordat *Jus Saxonicum lib. 2. art. 62.* Weichbild. *art. 121.* Thomæ *de noxa animalium cap. 19. num. 18. & seqq.* Struv. *Ex. ad P. 19. th. 14.* Müller. *disp. de prosecut. luporum. th. 26.* nec de jure *Saxon.* expulsio noxæ eum juvabit, *Landr. lib. 2. art. 62.* add. Carpzov. *qu. 121. num. 25.* Thom. *d. tr. cap. 20. num. 15. & 16.* Diff. Coler. *decis. 168. num. 11.* licet autem lupus animal sit valdè indomitum cicurari tamen potest, ita *Serenissimus Nutritius Noster, Dux Eberhardus Ludovicus*, lupum nigri coloris alit, quem instar canis comitantem ac accubantem habet.

Thes. XI.

Lupum excipit *lupus cervarius* seu *lynx*, *ein Luchs*, Helvetii nominant, *ein Thier-Wolff*, animal est vario & maculoso tergore, cervis vehementer infestum cujus cervicibus, saltu ab arbore facto, ex improviso se imponit, & tàm mordicitus inhæret exsugendo sanguinem, ut cervus tandem sucumbat; notum autem est adhuc in *Sylva Hercynia.* Acumine *visus* inter quadrupedes præcellit, hinc proverbium, *Lyncei oculi*: & arbitratur dehinc celeberrimus Vossius *in d. tr. de Idololatr. lib. 3. cap. 58.* lyncei *cognomentum illis* datum esse, qui seu *corporis* seu *mentis oculis*, plus cæteris viderent. *Dorcades* autem, caprorum Sylvestrium genus pariter visu pollere; ut acutè admodum de *altissimis* etiam *petris* prospectent. *Hiænam* econtra *noctu* videre, de *die* cæcutire: *d. loc. Von den Luchs aber wird gesagt: der Luchs hat* Klauen *wie Waffen, der Luchs gehet auf seinen Waffen nicht Klauen, Wann er fahet, er baumbt, das ist, steigt auf die hohe Höl-*

tzer. vid. Meurer. *von Fœrſtl. Gerechtigk. fol. 89. fac. 2. naſcitur* autem hoc *animal* uti *mulus, Leopardus, Tityrus,* & reliqua iſtiusmodi animalia ex *confuſione ſpecierum,* non autem ſpecies dici poſſunt in ordine creaturarum, ſed *monſtra* potius in genere animantium, unde nec ſeſe multiplicare poſſunt; ad hæc referri poteſt etiam *Baſiliſcus,* ſi quidem ſtat eorum ſententia, qui ex *ovo Galli Bufone* incubo eum produci putant.

Urina ejus mutatur in *lapidem,* quem *lyncurium* vocant, & conducit contra calculum veſicæ, vid. Coler. *in Oeconom. lib. 14. cap. 31.* add. Valentin. *in ſeiner naturalien Cammer.* Voraciſſimum autem eſt animal Gulo, *ein Vielfraß,* qui tantoperè ſe rapto explet cadavere, ut inflatum ac tympani modo extentum ferre ulterius quæ voravit, non poſſit, eoque ſubit anguſtias rupium, vel alias, atque iſthic conſtrictum & ore evomat & poſtica parte emittit, quicquid oneri erat naturæ; atque hoc facit identitem, quia ubi ſe exhauſit, ad cadavera recurrit, intermin. Voſſius *d. lib. 3. cap. 67. fol. 1086.*

Theſ. XII.

Paritatem cùm *lupo* quoque habet *Vulpes,* quaſi volupes à volubilitate pedum: Cujus aſtutiam norunt omnes, qui nec dum ære lavantur, quod vel hoc unico *documento* docet. laud Voſſ. *in d. tr. lib. 1. cap. 59.* quod, tranſituræ amnes congelatos, prius aures admoveant ad glaciem, ut inde de graſſitie ejus faciant conjecturam ex Plin. *lib. 8. cap. 28.* plura vid. apud Ælian. *lib. 7. cap. 27. & 29.* Oppianum *lib. 3. de venat. v. 451.*

&

& p. 459. item *l. 2. de Piscat. vers. 110.* æque callida & versuta est *vulpes marina, ein Meer-Fuchs.* vid. Plin. *943.* De horum autem captura sequentia tradit. Colerus *in d. tr. lib. 14. cap. 16. Daß sie gefangen werden, erstlich mit Netzen, wie die Hasen, darnach so fang man sie auch mit Schleüffen wie die Hasen: bißweilen lege man ihnen auch ein Fuchs-Armbrust, daß einen eisernen Bogen habe und stell ihn mit einem todten Hun. Wann er das ein wenig fortreisse, so ziehe er das gespannene Armbrust an einem Schnürlein mit loß, und erscheuße sich selber, daß etliche Schenckel oder das Haupt selber mit im Stich bleibe. Man sahe sie auch in den Gruben wie die Wœlffe, wann man ihnen eine lebendige Endte auf einen Teller binde, und mache den Teller oben auf eine Stange, und stecke die Stange in die Gruben, daß oben die Stange der Gruben gleich stehe, und überall umher Stroh oder ein Reisig lege, daß sie die Gruben nicht sehen, so fallen sie mit dem Stroh hinein in die Gruben, so werff man ihne alsdann drinnen mit Steinen tod, setze eine Leiter an, und hole ihn heraus, wolle man ihn aber lebendig haben, so stieße man ihn mit einer eisernen Fürcken an die Erden, und lege ihn einen Strick um den Halß; er beiße sonst sehr, aber wann er an den Strick kommt, lasse er es wohl bleiben. Aber gemeiniglich werden sie gefangen in ihren Gruben, wann sie Junge haben, denn bey denen sind sie allezeit, da müsse man ihme erstlich alle Lœcher wohl verstopffen und verwahren, daß sie nicht heraus kœnnen; auch grabe man bißweilen die Alte mit den Jungen heraus.*

So kœnne man sie auch bißweilen wohl mit einem Schnarch heraus reüchen, wie die Bienen, daß sie heraus müssen, wann sie gleich nicht gern wollen, darnach warte man ihnen heraussen vor den Lœchern auf den Dinst, mit Hunden und andern Sachen, so darzu gehœren: sie würden auch mit Fußeisen gefangen, aber man müsse sie zuvor kœrnern mit Hüner-Knœchigen und Speck-Krappen zweymahl, darnach zum drittenmahl stelle man das Eisen auf, es seye wie ein Bug, das zusammen und wieder voneinander gehe. Wanns gestellt ist, so seye es wie ein halber Mond. Huc usque Colerus add. *cap. 18. Wann aber ein Jager auf die Fuchs-Jagd ziehen wolle, so müß er vor allen Dingen die Lufft in acht haben, daß man ihn dem Winde entgegen jage, damit er durch seine Geschwindigkeit den Hunden nicht entrinne.* laud. Coler. *d. cap. 17.* ubi etiam addit *er hab ein zæhes Leben, und kœnne sich stellen als wære er todt, und wann er dann seine Gelegenheit sehe, so beißt er gewaltig um sich.*

Memini paucis abhinc annis alicujus emanati mandati, in quo inter alia, ratione vulpium seriò mandatum erat, *daß alle Fuchs-Lœcher sollen vermauert werden. Sie haben aber viel Lœcher, dardurch sie entrinnen kœnnen, wie man sonst in Sprichwort sagt, wann der Fuchs nicht mehr Lœcher wußte dann eines, so wære er schon lang gefangen.* laud. Coler. *d. cap. 17.* In *Bavaria* Vulpes tantum à *Festo S. Michaelis* usque ad Festum purificationis & sic hyemali tempore capere licet. Sebast. Khraisser. *tr. de venat. & aucupio*, apud Fritschium *cap.*

ap. 12. quia æſtivo tempore plerumque apoplexiam habeant, *die Fuchs-Sucht, daß ihnen die Haar ausfallen, derowegen ſie zu ſelbiger Zeit nicht wohl zu fangen.* d. Coler. *d. loc. wann aber ein Fuchs geſchoſſen wird, ſo iſt zu wiſſen, wo er ſich hailen thue, wer es nicht weiß, der ſuche den Fuchs auf der Blum, da wird er finden ein Plætzlein 2. Finger breit an der Blum, wo er ausvvæchſt; ein Zeichen vvie ein Wartz, das riecht vvie ein Wurtz-Nœgelein, damit heilt er ſich, und vvird genannt die Fuchs-Nelcken; ſie ſind auch den Rehen ſchædlich die ſie angreiffen.* Videatur etiam Dn. Valentin. *In der Natur und* Materialien-*Kammer. l. 3. cap. 16. pag. 452. & ſeq.* ubi de pulmonibus & axungia vulpis tradit: *Daß es das Zittern der Glider, Erhærttung der Nerven- und Sinn-Adern, und deren Zuckung, heilen ſoll. Die Fuchslung aber, den Alten, ſonderlich gegen das Stechen, Huſten, Lungenſucht, und andere Bruſt-Beſchwehrung gerühmet werde.*

Theſ. XIII.

Venatio autem frequentatiſſima quæſtuoſa & optima eſt CERVINA & *Aprina*, de quibus ordine. Eſt autem CERVUS animal ſpecioſum, ſimplex tamen & omnium rerum miraculo ſtupens, in tantum, ut equo aut bumula accedente propius hominem juxta venantem non cernat, aut ſi cernat, eum ipſum ſagittasque miretur. Plinius *libr. 8. cap. 31.* add. Cæſar Scaliger *Exerc. 207.* Voſſius *in d. tr. p. 1043. Primo anno* ſunt *hinnuli*, per-

que ætatem cornua nec tùm gerunt, nec si castrentur, unquam solùm minutum quid iis tum protuberat, *altero anno* vocantur, πατταλίαι, quia anno recta iis simpliciaque cornua nascuntur velut *paxilli*, *anno tertio*, nomen illis δικροῖται, quia tum cornua in furcam exeunt, *quarto*, vocantur κλαδίαι, à voce κλάδω, h. e. *ramus*, quia tum cornua fiunt ramosa, *quinto*, autem anno his ramis crassities accedit, *sexto*, jam sua cornua perfectionem habere creduntur, de quibus *cornibus cervinis* fusius differtat Claudius Salmasius *in Exercit. Plinianis* ut & Vossius *d. tr. lib. 3. cap. 58. pag. 1036.* inter naturæ autem maximè admiranda ponendum, breviculo adeò tempore, tàm solida duraque tantæ molis cornua enasci, vid. Vossius *d. loc.*

Conspici autem pudet sine cornibus usque dum nova suppullulent, quod quot annis mense Aprilis fit: imò ne quod ignominiæ signum compareat, cornua hæc, quæ abjicit, fodere dicitur abditis in locis. Vossius *de pag. 1060.* quia sciunt in cornibus illis ramosis tùm pulchritudinem suam consistere, tùm quoque quod roboris obtinent, latent amissis cornibus velut enermes, donec nova succrescant his, si castrentur, cornua eadem semper magnitudine permanent. Voss. *d. l. pag. 1061. & 1037.* sunt autem admodum libidinosi: Et quando cum venere stimulantur, valdè de iis in homines feriunt, atque hujus sævitiæ exempla varia prostant: qua libidine flagrantissima ad mensem agitantur, deinde paulatim desævientes alterum

terum paulo minus menſem abſumunt. vid. laud. Voſſ. *pag. 1037.* Ejus pulchritudo & fortitudo conſiſtit in capite arduo, oculis grandibus, pingui pictoque tergo, ac inprimis Cornibus, quæ annuatim decidunt & renovantur. vid. Voſſ. *d. lib. 3. pag. 1035.* add. Budæus *in 2. philolog. lib. 2. pag. 80. edit. Baſilienſ. d. anno 1557.*

Præ cæteris autem animalibus longævi ſunt cervi. Plin. *l. 8. c. 72.* Idque ex inde, quia felle careant ex Ariſtol. *l. 2. de hiſtor. animal. c. 15.* nec tamen prorſus felle deſtitui exiſtimandum, quia etſi non obtinent illud in *jecore*, habent tamen in *inteſtinis*, unde iis, niſi pinguia fuerint, abſtinent canes. Vel *in caudâ*, ubi reperiri eſt *ſuccum viroſum, viridis* aut *flavi* coloris, qui color etiam eſt *fellis.* Eſtque ſuccus iſte adeò venenatus, ut in cibo vel potu adſumptus ſyncopen adferat, imò præſens vitæ periculum, niſi antidoto ſuccurratur. vid. Voſſ. *d. tr. lib. 3. cap. 53. pag. 1023. & ſeq.*

Cum autem provida Natura, ſive DEUS potius, ad ornatum ipſis tribuiſſet ramoſa illa cornua, quæ caput prægravant, ad compenſandum hoc incommodum eximia eos donavit corporis agilitate. vid. Voſſ. *d. l. p. 7106.* Coler. *in d. tr. l. 14. c. 25.* Et licet cervus timidum animal ſit, dum ingenti corde præditus eſt, Voſſ. *d. l. 3. cap. 56. pag. 1032.* certat tamen acerrimè cum aliis cervis pro ſuis cervis, *vor ihre Hündenen*, ut ambo ſæpè ſuccumbant: *cervi* autem ea eſt *ſagacitas*, ut: audito canum latratu, ſecunda fugiat aurâ, quo pariter rece-

cedat veſtigiorum odor, ut Plinius docet *lib. 8. cap. 22.* Simplicius tamen dicendum exiſtimat Voſſ. *d. lib. 3. cap. 1046. quia fervidum ſit animal eo hoc facere, ut in curſu illo refrigeretur vento, ſic ſane ſus, inquit porrò, luti volutabro lætatur: non illuviei amore, ſed ut ſeſe refrigeret.* Fortaſſis igitur, *magis prudentiæ eſſe, quod cervus ſagitta, vel aliter, ſaucius, ea parte qua vulnus accepit, caveat ſibi à radiis ſolaribus. Nam, modo à radiis moleſtiam perſentiat nullam, cur facere id putemus, niſi fore ſciat, ut alioqui vulnus putreſceret.* Huc usque Voſſ. De partu autem cervarum vid. Coler. *in d. tr. lib. 14. pag. 36.* Abortiri cervos nonnulli credunt, cum tonitru audiunt adducti loco è Pſalmo XXVIII. & Hiob. XXXIX. 9. ubi tamen variant interpretes quod & de Conchis refert Plinius *lib. 9. cap. 38.*

In noſtra autem Vernacula cervus varia habet prædicata technica, & dicitur vel *ein Glau-Hirſch, ein Gabler, ein Spieſſer, ein Spieß-Hirſch, und ſolche werden gerechnet nach der meiſten Zahl der Stangen, obgleich an der andern weniger, heiſſt es ein jagbarer Hirſch, von* e. gr. *12. Enden, ein ungerader Sechſer, Siebener, ein gerader Vierzehner &c. Wann der Hirſch das Gehœrn abvvirfft, und die noch jung ſeyn, vverden ſie erſt kolben, darnach manchen, und dann das Gehœrn oder Gevveyh mit vielen Zincken genannt, welches Gevveyh er jæhrlich zvviſchen Weyhnacht und Oſtern abvvirfft, das ihm vvieder vvæchſt von Febr. und Martio biß in den Junium.* vid. d. Anonym. *p. 11.* Quæ cornua cervina posſunt prohiberi ne auferantur. *Seitenſtücker d. diſſert.*

p.

p. 42. caveant igitur ſibi ejusmodi cornua colligentes, ne ſuſpectos alîus criminis ſe reddant. Müller. ad Struv. *d. tit. de furt. p 797.* Et hodie hæc conſuetudo inolevit, ut paſſim *Nobilium foribus* ſuſpenſa videamus, *cornua cervorum*, tàm in venationis, quàm ſingularis induſtriæ atque laboris monumentum. De cervis autem porrò ſequentes terminos artis venatoribus uſitatos Germanicè refert Hatsdœrffer. *in ſeinen Geſprachen. part. 3. fol. 171. Der Edle Hirſch nimmt die Weyd an, zeucht ins Graſs, gehet in ſeinen Stand, ſuchet ſeine Ruhe, zeucht oder gehet vom Feld gen Holtz, ſitzt, iſt jagbar, vvird geſpührt, durch Laithund aufgeſucht, gefunden und beſtatigt oder eingeſtellt, und zur Sicherheit ihm etliche Rippen zerbrochen, der Hirſch verfahrt, vvird gejagt, fleucht, ſchreyet, iſt den Hunden entloffen, über den Zeug gefallen: das iſt über die Tücher geſprungen oder ausgeſprungen, iſt in die Garn geſprungen oder gefallen, ſchrencken ſagt man von den Hirſch, vvann er trabet und ſachte gehet, daſs die Führte vveit auf die rechte und lincke Hand gehet. Der Hirſch hat vveit geſchreitet, das kommt daher, daſs er brait von Bruſt und Kreiz iſt, da die hindenen ſchmæler ſeynd. Einen Widergang thut ein Hirſch, vvann er auf ſeiner hingegangenen Spuhr vvieder zuruck gehet, vvechſlen aber ſagt man von allen Thieren, vvann ſie von einem Ort oder von einem Holtz zu dem andern gehen. Ferner vvird vom Hirſch geſagt, er tritt in die Brunſt,* Anonym. *d. l.* Sebiz. *im Feld-Bau. lib. 13. cap. 13. vvird verletzt.* Sebiz. *er ſpitzt die Ohren.*

Pro-

Processum verò venationis cervi sequentem in modum describit. laud. Harsdœrffer. *d. loc. der Jäger sucht für, bestätiget das Wild, zeucht ihm auf der Fürth nach, gen Holtz, so er aber vernimmt, daß der Hund feindlich reißt, so vveiß er daß dem Gespühr heiß ist, dann legt er seinen Bock, oder Bruch* (quod est signum loci ubi cervus ire ac redire solet) *und zeucht vvieder davon. Darnach richt er darfür, besetzt die Feyle auf zu vervvahren mit Gerschnen, Wehr-Tüchern, Lappen und Spennen, letzlich zeucht der Jäger seinen Bruch, da er den Hirsch verbrochen und bestätiget, sucht den Edlen Hirsch auf mit den Lait-Hunden, hetzt und jagd ins Horn, schreyt ju, ju, antvvortet den Jagd-Hunden, den Hirsch herfür: hangt den Lauff biß zum Zeug, oder dem Schutz, da der Hirsch gefangen oder gefallen: alsdann kommt der Lait-Hund mit grosser Begierd, und hochlauttend, vvird ihn sein Theil im Jäger-Recht von dem Jäger mit schœnen Weyd-Sprüchen von hellem Halß und Hornschallung, Hau, Hau, Hau, gegeben.* add. Fritsch. *in Corp. Jur. venat. forest. tr. 5. d. venat. c. 3. p. 157.* & Nöë Meurer. *Anhang von Jagen. c. 13. & 14.* apud Fritsch. & apud eundem Khraisser. *de venat. fol. 157. Auf die Frag aber Edler Jäger, vvie ist der Hirsch gejagd vvorden? Ist die Antvvort mit Hunden; vvird die Frag zum andernmahl vviederhohlt, so sagt er mit dem Hifft blasen: zum drittenmahl antvvortet er mit dem Geschrey: Auf ferneres Fragen, vvie ist der Hirsch gefangen vvorden? Folget die Antvvort: Erst-*

lich

lich, mit dem Garn in vvelches er gefallen, nachmahls in dem Morraſt, oder See, in vvelchen er rennet, das iſt ſchvvimbt, folgends hinter dem Schreyen. Auf die Frag vvie der Hirſch ſeye erlegt oder gefællt vvorden? das iſt gefangen, nicht geſtochen, iſt die Antvvort: mit dem Weid-Meſſer hat man ihm einen Fang gegeben, durch den Schuß iſt er gefallen, oder iſt gevvürckt vvorden, oder mit Spieſſen iſt man ihm zu nahe gekommen, vvird gebürſcht auf das Blatt. Huc usque Harsdœrffer. *d. part. 3. fol. 171.* add. Khraiſſer. *de venat. cap. 3. num. 19.* Noë Meurer *von Forſt-Gerechtigk. fol. 87. Zu Holtz geſchoſſen, heiſſt es, vvann es nicht gleich fællt, ſondern Holz eingehet, Schvveiſſt vvird vornehmlich geſagt, oder gibt Ferten oder Gewerb.* d. Anonymus *pag. 12.*

Theſ. XIV.

Quot modis hæc venatio *cervina* fiat, & qua ſollicitudine exercenda ſit, omnia optimè expresſit Feſchius *in ſuo tract. de Jure venatorio. fol. 599.* ſequentibus verbis: *Inſtituitur verò tribus ferè modis: aut enim retibus aut carbaſeis velis ſaltus cinguntur, aut pernicibus ad hoc diſpoſitis equis cervus exagitatur, donec laſſitudine fatiſcens à canibus opprimatur. Tertium hoc genus Gallis admodum eſt familiare & laudatur præ cæteris à Jacobo Rege Angliæ in Baſil. dor. lib. 3. Quamvis autem hæc venatio aliàs etiam uſurpetur, opportunior tamen utiliorque cenſetur à ſolſtitio æſtivo ad meſſem usque: Segetibus enim tunc ſaginati cervi, & pingues ſe ſentientes, latebras quærunt, & fatentur quodammo-*

do

do incommodum corporis pondus. Solenne autem est egregiis venatoribus non gregarium cervum, nec quemlibet etiam solivagum venari, sed eum, qui justa videatur proceritatis, quod non ex aspectu modo cervi, sed plerumque vestigiis cervinis, excrementorumque sterciusculis dijudicant. Magnitudinis indicia sunt etiam affrictus ad arborum stipites, amplitudo cubilis, stramentique laxitas: hæc enim & similia ad concilium venatorum deferri solent, ut eis judicetur, qui cervi potissimum venatu sint digni. Quo cognito, concilioque dimisso, diversa provinciæ mandari indagatoribus solent, itaque ut quisque suam obeat, in alienam pedem non inferat, indagandi gratia, neve in ea quid obturbet. Indagator vestigiis cervi, ad venationem destinati, insistet, aut soleatis, si locus uliginosus est, vel pluviæ antecesserunt: aut odoratis arente solo, ad quæ sequenda cane investigatore utitur, atque eo usque persequitur, donec decumanum recubuisse in proximo certis signis exploraverit. Ubi renuntiatum est, quo loco cervus delitescat venatio aliqua trium superdictarum instituitur. In omnibus oportet venti rationem habere, quia cervi plerumque secundam captant auram, ut notat Plinius lib. 8. cap. 32. partim quod secundo vento cedentes canum voces facilius excipiant, partim etiam, quod olfactum canibus adimant, vestigiaque fallant. Ad hanc quoque rationem retia figere oportet, ut secundo vento in retia feratur cervus, neve odore prodantur adversa aura. Retia cervorum sublimia esse oportet, ne transiliant, & sustentata palis furcatis leniter, ut mox contactu feræ concidant & involvantur. Ab

utra-

utraque retis extrema parte statuuntur custodes impedientes, ac celeuma venaticum conclamantes terrentesque feram, ne altrinsecus à lateribus fugam capessat. Paululum à retibus secundo vento topiaria, ac scena (die Schirm) *instaurantur, in quibus lateant principes, heroinæ, & qui canes emissarios loris tenent, tantisper dum feram propinquam cassibus senserint, ac tum demum dimittant adigantque in retia. Hic summo silentio opus, ne latibula sentiat, siquidem acerrimi est aditus, præsertim aures arrigens. Proinde ramos, è quibus caveæ construuntur, sic collocare oportet, maxime si in sylvis sunt, ut frondes & folia ramorum non sint adversa, alioquin latebras facile sentiet resilietque. Porro ante retia, ubi erecta fuerint, obambulare nihil verat, sic enim feræ fraudem minus suspicabuntur. Verum post retia si vel ambulantem, vel clamorem cientem senserint, terrebuntur. Emissariis suis quibusque locis collocatis venatores ad cervum e diversorio expellendum se accingunt, eumque recta secundo vento ad retia impellunt. Cautos hos quoque esse oportet & silentes, qui in topiariis & caveis latitant, ut canes tempestive dimittantur & apposite. Quod ni fiat, fera continuo insidias suspicans retrorsum cursu feretur, aut in transversa ex angustiis elabetur, aut claustra curriculi perrumpet. Quod si semel fecerit, post nulla vi in retia adigi poterit. Eo vero si compulsa fuerit, mox accurrendum, & confodienda ne se excutiat. Quod si violenta exagitatione cervum eximium aliquem persequi placet, procursum & topiaria non in sylva, sed loco apertissimo statuere oportet, ubi pria-*

cipibus & heroinis, quorum gratia venatus instituitur, quique per sylvas vagari gravantur, in viridantibus scenis requiescentibus, liber sit prospectus. In hoc genere canum succenturiatas oportet habere copias, ut primis fatigatis, secundi immitti possint, secundis tertii, & sic deinceps. Venatione certis stationibus dispositis, & sua quisque provincia occupata, canis rursus, qui silentiarius est, è loro longo cubilis indicium faciet. Quo prodito in cervum fit impetus: tum copulæ canum levium solvuntur: buccinis venatus commissi signum datur, & tanquam classicum canitur, ad canes exhilarandos & acuendos: subsidiariæ canum decuriæ ad locos destinatos dimittuntur, quæ fessis subveniant. Ipse cervus è cubili ejectus, canibus excursoribus celeribus, buccinarum clangore, venatorum clamore, concentu allatrantium canum exagitatus, aut colles consuetos petit, aut alias machinatur decipiendi evadendique technas. Si loca consueta petit, facilis est persecutio, sin minus, non item: solent enim veteratores illi varia perfugia, vitæque servandi præsidia quærere, ubi latrantium turba se premi sentiunt. Circumspectos proinde venatores esse oportet. Nam interdum, si acrius urgeantur, cervorum greges petunt, eoquè velut in nebulam erroris se conjicere solent, atque aliquantulum spatii in mixta grege vestigia facere, ad negotium canibus exhibendum, ac paulo post ab illorum comitatu sese subducentes, per devia longius se proripere, deinde subsistere, ut canes aliena cervulorum vestigia, aut hinnulorum excipientes, diversi ab iis auferantur. Quum hæc stropharum commenta, canum experientissi-

tissimorum vis odorandi vicerit, circumspicientiâ utique venatorum adjutâ, ad alia demum se vertunt subsidia salutis; cujusmodi sunt, sua quadantenus recurrere vestigia: deinde spiras fugæ intorquere multicipliciter & quam fieri potest perplexissime: tum raptim longius procurrere: quæ omnia comminiscuntur adversus solertem canum sagacitatem. Itaque interim dum canes intenti sunt deducendis elapsibus & extricandis, qui ab ipsis cervis glomerati sunt, spatia magna illi permetiuntur: quum interea buccinarum hortamenta, cursitantium canum hiantem acuant aviditatem. Fit aliquando, ut canibus prorsus se subducant, relictaque Sylvarum opacitate, in campos cursu ferantur, atque ubi se profligatos, ac prope exagitatione confectos sentiunt, ad vicos villasque accedere solent, quod non ante facere consueverunt, quam omni spe confugiorum depositâ, sic ut sæpe canes vestigia amittant, quod in campestribus proscissisque locis ac novalibus vestigia non sint æque odorata, atque in vepribus ac sylvis, ubi & corporis crurumque contactus vestigia reddit redolentiora. Interdum insignis ille cervus ætate & cursu veterator, satellitem cervum nunc pedissequum, nunc anteambulonem, quem armigerum dicunt, quasi grandi cervo subservientem, canum cæcæ aviditati objicit, veluti victimam Venatrici Deæ pro se succedaneam, præstigiâ quâdam sese oculis eorum naribusque subducens. Verum hoc illico animadvertere experientis est venatoris, canumque impetu errorem compescere, & fallaciam cervi irritam facere solertiâ suâ. Agmine igitur retro per statorem illum venatorem inhibito (quod cla-

clamoso, crebro & castigabundo vociferatu fieri solet) instaurativà indignatione opus est, & cane rursus vestigatore, ut agmen excursorium in vestigia cervi reponatur. Quo denuo arrepto, decumanus ille corniger præcipiti primum fuga, deinde ludificante rapitur, loquaci canum agmine certatim eum urgente clangenteque comitatu, quod diuturno cursu fractus & exanimatus, tandem ab universo Dianæ satellitio se circumvenire patitur, & post omnia salutis præsidia deplorata, repente sæpe assiliens, quamque venantium, in quem incurrit, cornu petere solet, nisi ferro protinus excipiatur. Quod ubi factum est, aut alias fera afflicta & strata est, tum demum receptui canitur ab eo, qui primus in eam confectam accurrit. Tum simonum ille chorus silonumque inclamatur, & venatores coeunt quoquo versus palantes: quæ tandem ovatio est ob rem bene faciliterque gestam. Quam deinde ipsam excipit visceratio extemporalis, cum panis sanguine cervi imbutus pellique ipsius impositus, in cibum permittitur canibus, quæ sic debetur canibus venaticis, ut libamentum capturæ accipitricibus in aucupio. Visceratorem autem peritum esse oportet, qui lanienam ferinam cum venatoris palæstra exequatur, ut simul & verbis huic sacrificio usurpatis utatur, & scite feram deglubere noverit, membratimque incidere, & prosecare incisam. Tergore autem detracto, caput abscindendum est, canique vestigatori, qui sagacitate cubile cervi prodidit, porrigendum & permittendum. Has enim ei primitias peculiares placita majorum largiuntur, ob indicium feræ: Hinc Gratius de ven.

Ergo

Ergo ubi plena sua rediit victoria fine,
In partem prædæ venit comes, & sua naris
Præmia: sic operi juvat inservisse benigno.

Et hac de venatione cervi. In Bavaria cervi tantum à Festo Divi Michaelis, usque ad nativitatem Christi capi possunt. Quia eo tempore ex frumento præcedentis æstatis opimi & optimi sunt. Khraiser. *d. loc.* Coler. *in Oecon. lib. 14. cap. 38.* quomodo autem dolo capiatur cervus. vid. Gesner. *in libr. animal. fol. 81.*

Der erlegte Hirsch aber wird außgewürckt, das ist: zerlegt oder außgehauen. d. Anonym. *p. 12.* ubi deinceps hæc sequentia de partibus cervi notat. ut & Feschius *in d. tr. part. 1. th. 17. fol. 609.* *Das* **Zimmer** *oder* **Ziemer**, *ist das Hintertheil auff dem Rucken, davon die Keul abgelœst, welches das beste am Hirsch: Die Büg heissen Knœpff oder Lauff. Schalen seynd die foderste Glauen an jedwederm Lauff.* **Gräffter** *seynd hinden die kleine Glauen an den Lauffen. Die* **Seiten** *vom Hirsch heissen Krieben, Wannen oder Wandt. Das* **Hirsch-Creutz** *ist ein Bein in dem Hirsch-Hertz, so gut wider Gifft ist, und die Krafft als ein Einhorn hat, wie auch der Zahn des Hirsches gut zur Artzney ist, ingleichem Hirschhorn und Hirscmarckt. Ferner wird gesagt: Der Hirsch hat* **Läuff**, **Klauen**, *und nicht Füsse*, de quibus tamen in sacris prædicatur: *Er wird meine Füsse machen vvie die Hirsch-Füsse.* apud Proph. Habac. IV. 19. Psalm. XXVIII. 34. *Der* **Hirsch Ende** *ist der Schwantz. Das* **Jeger-Recht** *vom Hirsch, ist Kopff und Halß. Die* **Augensprossen** *nennet man*

 das

das unterste erste Ende an einer Hirsch-Stangen, so nachst uber dem Auge. Welcher nun diese, nebenst dem Spiessen, ausgewachsen hat, wird ein Gabel-Hirsch genannt. Assen heißt man, wann das rothe Wildprett oder Hirsch frißt. Auffsetzen sagt man von einem Hirsch, der das Gewevh bekommt. Beschlagen sagt man, wann der Hirsch auf ein Stük Wild springt. Gefallen sagt man, wann ein Hirsch oder Thier gestorben. Geraisch ist das Eingeweid von dem Thier. laud. Anonym. *d. loc. pag. 12.* Quæ viscera si nudantur, dicitur: *Der Jager habe den Hirsch auffgebrochen. Zerwürcken, zerlegen, heißt ein Hirsch oder Reh die Haut abziehen. Crone heißt, wann der Hirsch 3. oder mehr Ende oben auff einer Stangen hat. Kæmpffen sagt man, wann sich 2. Hirsch mit einander stossen: Da bißweilen die Gewichter so hart in einander gehen, daß sie nicht mehr außeinander zu bringen. Niedergethan heißt, wann sich der Hirsch niederlegt. Bast wird das neue Häutgen genannt, das dem Hirsch um dem Gehœrn wæchst, ehe sie vollkommen werden. Ballen heißt man des Hisch untere Lauff. Die Haut heißt ein Hirsch-Fell. Schalen nennet man das Horn um den Hirschlauff herum. Das Schloß nennet man diejenige Knochen an einem Stuck Wild, welche sich von einander thun wann sie Junge gebæhren. Wildprett ist das Fleisch vom Hirsch, das wird gebeißt, und das heißt man ein Sulz.* Feschius *d. tr. th. 17. p. 609.* Cervinæ autem carnes an salubres & quando præferendæ, de eo vid. Vossius *d. tr. lib. 3. cap. 55. fol. 1025. & 1077.* Pascitur quidem æstivo tempore

pore ſerpentibus ac viperis, verum ajunt ſic interiora iis incaleſcere, ut ad ea refrigeranda opus ſit celerrimo curſu peti fontes, atque inde dici Pſalm. XLI. *Quemadmodum cervus feſtinat ad fontes aquarum.* Utrum autem ſerpentes è ſpeluncis educant, ac necent anhelitu an odore: ac ſi odori id tribuendum, is ne totus cervi ſit exiſtimandus, de eo vid. Voſſ. *d. l. 3. cap. 73. pag. 1125.* De *Cornu autem cervi* ad quod *in medicina* inſerviat. vid. laud. Valent. *in d. tr. lib. 3. cap. 6.* ubi tradit: *Daß es eine vortreffliche Schweiß- und Gifft-treibende Krafft in ſich habe, und gegen die anſteckende Seiche, Flecken-Fieber, Blattern und Maſern diene, wann es auch nur in das Getranck gelegt werde.* Ubi etiam tractat de cornu cervi Philoſophici calcinato, & Bezoar. cervin. & oſſibus de corde cervi tractat.

De CERVA, Hirſch-Kuh oder Thier, dicitur: *Das Wild ſitzet, die Junge heiſſt man Hündinnen oder Wild-Kalber. Ihre Junge werden feiſſt und nahren ſich im Getraid, und gehen aus, und kommen nicht wieder zu ihnen: ſie beugen ſich, wann ſie gebahren, und reiſſen ſich, und laſſen aus ihre Jungen.* Hiob. XXXIX. 6.

Hac occaſione nota: *Cœnobium Hirſaugium*, nomen in hoc Ducatu habere à CERVIS, quibus montium ibi convallis, pinis adhuc conſita, abundabat. Unde Diſtichon:

Hâc agiles in valle greges errare ſolebant.
Cervorum, & paſci gramine florigero.

Hinc & *Cervus* huic *Monasterio pro insignibus*, qui sceptrum *Abbatis* pedibus innexum gestat. B. Dn. Crusius *in annal. lib. 8. P. 2. p. 276.* & ibi: *Paraleipomenos. p. 51.* qui & *in lib. 12. P. 3. pag. 814.* meminit saltus cervi inter Kircham & Eberspachum 70. pedum utroque extremo stipitibus notati; quos quandoque perficiunt cum vitæ *jactura.* In mortem autem cervi per saltum vitam finientis, sequens *Epitaphium* carminicè compositum reliquit: *Herr Hoffmann von Waldau in denen Poetischen Grabschrifften. fol. 85.*

Ich hab in einer Jagd mich in ein Thal gestürtzet.
Und mir durch kühnen Sprung das Leben selbst verkürtzet.
Ich will, wilstu mein Aaß auf deiner Crantzen leiden:
Zwar deiner Frau die Brunst, doch dir das Horn bescheiden:

Thes. XV.

Cervum & Cervam in sequitur CAPREOLA, de qua sequentia quoque notanda: *Daß das Mennlein genennt werde ein Bock, capreolus. Das Weiblein ein Geiß, caprea.* Sic dicta à carpendis virgultis aut à carpendo aspera, aut à crepitu crurum, Coler. *d. tr. lib. 14. t. 34. Die Ziegen, Reh-Kalber, oder Reh-Kühlein. Ferner werde gesagt: Das Reh schreit, springt, wird gehezt, gehet auff das Graß, das ist, auff die Weyde.* d. Anonymus *d. loc. pag. 16.* Harsdœrff. *d. p. 3. d. loc.* Porrò: *Das Reh fallt ins Garn, (nicht ins Netz) wird gefangen, genickt oder gewürgt, und nicht gestochen. Es hat ein*

Fell

Fell und keine Haut. Wird zervvürkt und nicht zerhaut, vvann man einem Reh das Fell abziehet. d. Anonym. *cit. loc.* Harsdœrff. *d. loc.* Noë Meurer *d. tr. fol. 87. & 88, Sie vverffen ihre Hœrnlein eben zu der Zeit ab, da sie die Hirsch abvverffen, aber man kan sie nicht vvohl finden.* Coler. *d. loc.* De quorum captura etiam videatur: In Bavaria capreolos, *die Rehe*, venari licet, à Festo S. Johann. Baptistæ usque ad Pascham, fæminis tamen parcendum est: *Soll doch der Gaiß verschont vverden.* vid. Khraiss. *d. tr. de venat. cap. 3. num. 8.*

Thes. XVI.

Affine animal cervo est: *Alce* seu *Alces, ein Elend-Thier*, cujus vis est in *ungulis.* Quandoque enim unico ungulæ ictu, interimit lupum, uti & canem, eoque elabante oppositam arborem elidit. Vossius *d. lib. 3. p. 1033.* addatur *de ungulis*, ut & cornu & corio Alcis. Valent. *in seiner natürlichen Cammer. lib. 3. fol. 428.* Ubi ejus figura & statura una apparet. Coler. *in seinem Tract. de Oecon. l. 14. c. 68.* Quod autem laboret morbo comitiali, ut inde etiam nomen habeat, pro fabula habet. laud. Valentin. *d. loc.* Hujus etiam est magna *celeritas*, tantùm enim itineris uno conficit die, quantum equus triduo. Septentrionalibus est usus ejus in trahendis vehiculis. laud. Vossius *d. loc. pag. 1068.* add. Valentin. *in d. tr. pag. 454.*

Huc etiam pertinet RUPICAPRA, *ein Gems.* Harum simplicitas sive stupor est, quod si in aulæis similes conspiciant contextas feras ad eas tan-

quàm veras sui generis assiliant, quod se in Aula Patrui sui Bonifacii, vidisse refert Cæsar Scaliger. *Exerc. 207.*

Econtra miram earum solertiam in eo se aperire scribit: Quod ubi errabundæ quærant novas sedes aut pascuas prospecta proxima rupe, projecto pede sæpè periclitentur, ejus fidem: nempe mobilis ne sit, an fortasse lubrica. add. Plinius *lib. 8. cap. 1.* Cornibus autem ducunt spiritum non naribus. Aristotel. *libr. histor. animal. cap. XI.* Plinius *d. lib. 8. cap. 1.* Ælianus *lib. 1. histor. animal. cap. 43.* Quod exinde colligunt, quòd, si nares ecclusaeris, non offendantur, at Spiritus intercludatur si meatum illum cornuum obturaveris. Vossius *d. lib. 3. c. 63. pag. 1070.* Caprinæ carnes ab Hippocrate *lib. 4.* de victus ratione improbantur. Præterquam ineunte Vere, vel media æstate, quando capri tenellis fruticum & arborum germinibus habitiores fiunt. Nam alimoniam multum ad bonitatem carnis conferre, comprobatur è *vulpibus*, quæ melioris sunt carnis in autumno, quia tum *uvis* pascuntur. Uti & *passeres* & *ficedulæ* tum redduntur meliores ob meliorem pastum. Vossius *d. lib. 3. cap. 65. pag. 1077.* Imò comestas caprorum *carnes* morbum gignere *comitialem* vult laud. Vossius *d. loc. pag. 1092.* Eo ipso, dum ipsæ capræ huic morbo obnoxiæ sint: De cætero sanguinem ejus conducere pro nervis, & curare dolores membrorum, & esse medicamentum contra venenum. tradit Coler. *in sua Oeconom. lib. 14. cap. 63.* add. Valent. *in d. tr. lib. 3. cap. 14.* Ubi etiam tractat de

de pilis Damarum sive ægaropolis, ut & sanguine hircino. De captura autem rupicapræ *sequentia* tradit. *d. loc.* Coler. *Diese Thiere schießt man nur mit den Rœhrern, es muß aber ein Jæger, der sie bekommen soll, wohl klettern und steigen kœnnen, und zusehen daß er sich nicht versteige: wie dem Kayser* Maximiliano I. *widerfuhr; wie man nicht fern von Ißbrück sehen kan. Es ist, wie ich selber gesehen, als ich bey* S. Marci *Schloß vorbey fuhr, gegen über ein sehr hoher Felß, in dessen Mitte eine Hœhle: darein sich dieser Kæyser einsmahls auff der Gembsen-Jagd verstiegen; Und ist zur Gedæchtnuß darein gesezt ein Crucifix sammt der Bildnüß* S. Mariæ *und* S. Johannis, *in Lebens grœsse. Wie aus der unten am geh Steig auch stehenden Figur zuersehen. Scheint aber in der Hœhle nicht einmahl die Hœhe einer Ehlen lang zu haben, obschon der Berg über dieser Hœhle fast noch eins so hoch.* addat. de hoc Animali. laud. Valentin. *in seiner Naturalien-Cammer. fol. 448.*

Thes. XVII.

Sequitur de *Venatione Aprina*, non minus jucunda, utili, & frequentissima: *Aper* autem dentibus multum valet, unde Martialis *Libr. 13. Epigr. 94.*

— — — *Dente timetur aper.*

Imo dentes ejus tanti sunt ardoris, ut si admoveris pilos, crispentur, & urantur. Si credimus *Xenophonti in Cynegetico Polluci Onom. lib. 5. cap. 12.* Estque insuper bestia attritu sonaci, spumans, ocu-

lis

lis aſpectu minaci flammea, impetu ſævo, frementis oris tota fulminea, incendio feritatis ardeſcens, dente compulſo, quem primum inſiliat contabunda, rimatur.

Appuleus *prope init. 7. Metam.* ac ſimiliter, Oppianus *lib. 1. igneos apros*, & Statius II. Achilleidos, *fulmineos ſues* dixit: Adeoque eſt valdè fortis beſtia, & inde Eberhardus dicitur: *Hart, wie ein Eberſchwein.* Cruſius *in Annal. pag. 289. Odoratus* autem huic eſt debilis, unde fætore cæni non movetur, imò ſtercore etiam veſcitur. vid. Voſſ. *d. tr. lib. 3. cap. 58. pag. 1041.* De hac venatione Aprina ſequentia tradit. laud. Harsdœrffer. *d. loc. Es hat die Schwein-Hatz auch beſondere Kunſt-Wort: Dann man ſagt recht, das Schwein ſtreittet mit den Hunden, es wird von den Hunden geſtellt, oder zu Stand gebracht. Hat ein Lager, das Schwein hat ſtarcke Waffen und Gewerff, oder Gewehr, das iſt, Zahne. Schlagt Hund und Leuthe, empfangt einen Fang. Die alte Sau heiſt ein Hauerſchwein, oder Keiler: Die zwey jahrige ein Bacher: Die Schwein-Mutter ein Bach: Die Junge heiſt man Friſchlinge.* huc usque Harsdœrffer. *Ferner wird geſagt: Es wird in einen Bezirck oder Craiß gebracht, auch beritten.* Noë Meurer *in tract. von der Fürſtlichen Gerechtigkeit. fol. 87. Die Haut wird deß Schweins-Fell genannt.* dictus Anonym. *d. tr. p. 12.*

Retia autem ad Apros capiendos debent eſſe craſſa, *cannabe* validè contexta. vid. Coler. *in Oeconom. P. 5. lib. 14. cap. 5. & 6.* Ita in *venabulis* etiam refert, ut è fraxino ſint, aliove ligno durio-

re,

re, ne duræ illata cuti frangantur, atque ita destituant venatorem.

Præterea intereſt, qua parte *feratur* hæc ſera, ſi ferire voles *Apri caput*, levi flexu irritus ſit ictus, quare adigendum *telum* inter *ſcapulas*, qua parte jugulum eſt. Prout in *Pardo* venabulum adigendum in pectus corque ipſum, quia alioquin, utcunque vulnus acceperit, rectà in venatorem faceret impetum. Voſſius *d. tract. lib. 3. pag. 1123.* addat. *pag. 1121.* Hanc rem plenius explicat Feſchius *in ſuo tract. fol. 601.* ſequentem in modum: *Quod ad aprorum venationem attinet, hybernum tempus ei maximè convenit: tùm enim temporis glandibus & fructibus ſunt ſaginati. Capiuntur autem trifariam; Aut enim obſervatis volutabris configuntur, venator enim arborem volutabro vicinam conſcendit, aut latebram quærit, antequam ad volutandum ſus accedat (nam id præſciri poteſt ut plurimum ſub veſperam) & volutantem ſagitta trajicit. At hic modus plus habet voluptatis & minus periculi. Alia enim capiendi ſuis ſylveſtris ratio, qua venabulo fit, periculoſior eſt, ſi quidem provocatus, & canibus agitatus aper efferatur, & in quemvis obvium impetu feratur. maximè ſi appelletur Hœrſaw, Hœrſaw: Quare qui eum operiri, aut venabulo ferire velit, hunc veſtigiis fortiter niti & conſiſtere oportet, venabulo objecto. Sponte enim & præceps proruit in venabulum obverſum. Certior erit ictus, ſi ſiniſtra parte pectus petas, fortiterque nitenti reſiſtas, ne cedat, plaga facta: Aper enim recta laceſſentem petit nec percuſſus ceſſat, ſed plagæ ac cuſpi-*

di

di violenter incumbens renititur, quod etiam Ovidius alicubi tangit:

Ortus aper setis iram denuntiat hirtis
Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri.

Venabulo igitur feram excipiens sic consistat, ut toto corpore quodammodo in eam procumbat, manu læva anteriore, dextra posteriore. Manus autem pedes sequantur, lævus cognominem, dexteram. Venabulum autem objiciat non multum divaricatis cruribus, ac toto latere lævo ad manum lævam converso. Interea autem feræ frontem inspiciat, capitis illius motum observans, & venabulum non infligat ante, ne capitis inclinati ictu id ei de manibus excutiat aper, eoque eliso impetu suo in venatorem pergat: id si cui acciderit, pronus in terram cadat, & subjectum sibi cuspidem comprehendat: Sic enim Aper præ dentium sursum tendentium curvitate, humi sparsum figere difficulter potest: ac si rectus consistat vulnerari necesse est. Quamvis fœminæ sues procumbentem minus ferire queant, mordicus tamen prehensum pedibus conculcant. In has Angustias siquis venatorum inciderit, tunc aliquis ex comitibus venabulo suem irritet, immissuro similis: immittere autem non oportet, ne jacentem attingat. Aper ubi hoc animadvertit, omisso eo quem premebat, in irritantem præ ira & furore irruet. Interim ille celeriter exiliat, memor cum venabulo exurgendum esse, feramque rursus invadat. Adeò furibunda inest vis belluæ, ut ea jam occisa, dentes præ furore candentes pilos admotos exurant, viventis etiam ignescant, canumque feræ ictum declinantium pilos incendant. Catuli facilius

cilius capiuntur, modo à matribus segregari possint, sed hi dum canes sentiunt, in sylvosa loca & dumeta se abdunt, matres sequuntur canes, acriusque pro suculis pugnant. Tertia aprorum venatio fit retibus, & temporis ventique ratione observata, scenisque factis, ad eum modum, qui in venatione cervorum observatus est. Retia in transitu saltuum constituuntur ad nemora, ad valles & clivos. Retia observantes venabulum ad manum habeant. Indagatores canes idonea loca scrutantes, inventas feras in casses adigunt. Hi qui ad retia sedent, venabulis accurrunt, utunturque modo ante præscripto, si non adigatur sus impetu, sed canibus prematur, venator canibus venabulo succurrit, & quamvis viribus præstet, nimia tamen fatigatione fatiscit. Pereunt in hac venatione plurimi canes, nec venatores à periculo sunt liberi.

Quod in vernacula exhibet Noë Meurer *in Jager Kunstücken fol. 513. cap. 17.* hisce formalibus: *Im Winter ist die Schwein-Jagdt am besten, dann da sind sie von den Eicheln am fettesten, oder sonst von allerley Holtz-Obst. Auff Martini hœret die Mast auff, darnach verdorren die Schweine wieder, und nehmen immer mæhlich ab. Wo Mast in Walden ist, da sammlen sich die Schweine: aber nach Martini muss man sie flugs nach einander wegschlagen, ehe sie wieder von einander lauffen.*

Man fahet sie aber auff dreyerley Weise: Erstlich giebt man fleissig Achtung darauff, wo sie ihre Sulerey haben, da sie sich in den Pfützen oder Pfüdlen zu sülen oder zu weltzen pflegen, da findet man

sie

sie gemeiniglich um den Abend, denn um dieselbige Zeit haben sie an dem Sulbad eine besondere Lust und Freude, da muß ein Jager oder Wildschütz zuvor auff einen Baum, neben den Pfutzen steigen, oder sich sonst mit einer andern Gelegenheit versehen, ehe die Schwein zum Bade kommen, da er vor ihnen sicher seyn kan, ihnen allda das Bad gesegnen, und sie in der Pfüdel erschiessen. Man muß ihnen aber nach dem Vorbauch schiessen, denn da halt man sie zum ehesten, man kan sie auch mit Erbessen oder Eicheln an einen gewissen Ort kœrnen. Diese Jagd ist lustig, und hat keine Gefahr.

Di andere Jagt ist etwas gefahrlicher, wenn ein Schwein mit den Hunden überfallt, und erzürnet, so laufft's stracks auf den nechsten Menschen ein, den es nur antrifft, wer sie alsdenn stechen will, der muß sehen, daß er gewiß und fest auf seinen Füssen stehe, und ihm den Spieß starck vorhalte, denn es laufft von ihm selber mit Gevvalt an den Spieß, der ihm vorgehalten vvird, und muß gute Achtung darauff geben, daß ers mit dem Spieß recht zvvischen den færdersten zvveyen Füssen, oder zvvischen den Bugk fasse, und ihme bald das Hertze treffe, und muß es also von ihm vveg halten, biß es fallt, denn es hat auff der rechten Seiten ein breit, dick, hart Bein, das pfleget er vor zu vverffen, vver mit dem Spieß darauff trifft, den rennets über und über, und tritt ihn mit Füssen, oder thut ihm sonst einen Schaden mit den Zahnen, vvenn er sich mit den Armen und Beinen, und andern Gliedern nicht fein hart

hart auff die Erden vveiß zu schmiegen, daß es ihm mit den Havver Zähnen nicht erreichen kan.

Es muß aber ein Jæger, der ein Schvvein fangen und stechen vvill, also stechen, daß er mit der lincken Hand den Spieß regiere, und mit der rechten Hand nachdrücke, so muß er die Füsse auch also setzen, daß der lincke Schenckel unter der lincken Hand, und der rechte unter der rechten Hand gar fest und unbevveglich stehe, und auff das Schvvein dringe. Man muß fein nach der lincken Hand zum Schvvein zu gehen, und denn nach Gelegenheit, und vvie es die Noth erfordert, vviederum ein vvenig zurück tretten, und gute Achtung auff des Schvveins Kopff oder Stirn geben, vvie es denselben bevvegt oder vvendet, und ein vorsichtig Treffen mit dem Thier thun, daß mans nur auff die Stirne nicht treffe, oder auff den Kopff, denn vvenn mans dahin trifft, so schlagts einem den Spieß auß, und wenn das geschicht, so muß der Jæger vor sich mit dem Angesicht und Bauch auff die Erden fallen, und sich unten fest an das Graß halten, so kan ihnen ein Hecker oder Hawer, dem die Zähne über sich stehen, keinen grossen Schaden zufügen; vvenn er aber stehen bliebe, so thats ihm gewißlich einen grossen Schaden. Ein Saw aber, ob sie vvol einem, der also auff der Erden liegt, mit ihren Zähnen nicht mehr schaden kan, so beisst sie ihn doch, und macht ihm auff dem Rücken ein Hofrecht mit den Füssen, das ihm nicht vvolgefällt. Darum muß ein Jæger allezeit Gesellschafft bey ihm haben, die ihn im Notfall entsetzen kœnnen. Denn da muß bald

einer dem Schvvein einen andern Schvvein-ſpieß vor die Naſen halten.

Die dritte Jagt der vvilden Schvveine geſchicht mit Netzen: Da muß man eben Achtung auff die Zeit und Wind geben, und muß Hütter bey den Netzen haben, vvie bey der Hirſchjagdt.

Die Netze ſtellet man an die Durchgænge der Fœrſte zu den Wælden, und an die nidrige Thale, denn ſie lauffen gern auff die Aecker, zu den Pfützen oder Pfüdeln, und zu den ſumpffichten Oertern, oder in die Lüche, vvie vvirs nennen, und wo ſie zu freſſen finden. Wer vor dem Netze ſtehet, der muß ſeinen Schvvein-Spieß bey ſich haben.

Die Spürhunde ſuchen die Schvveine an bequemen Oertern in ihren Lægern, und treiben ſie zum Netze, alsdann ſticht man ſie, vvie zuvor angezeigt. Bringen aber die Hunde eines oder mehr nicht zum Netze, ſondern überfallen es im Lauff, ſo muß ihnen der Jæger mit ſeinem Schvveinſpieß zu Hülffe kommen. Ob ſichs aber vvol hart vvider ihn ſetzet, ſo vvirds doch endlich müde, und muß ſich alſo ſtechen laſſen. Auff einer ſolchen Jagt kommen offt viel Hunde umb, ſo ſpinnen die Jæger auch nicht ſeiden darbey, ſie müſſen offt groſſe Gefahr außſtehen. add. Coler. *in ſua Oecon. P. V. lib. 14. cap. 53.*

Cæterùm cæteris *carnibus* præſtat ſuilla. Optimæ omnibus ſunt carnes *porcinæ*, in cauſa eſt, quòd nullæ magis nutriant, & corroborent: Solùm hoc vitii habent, quod, quia viſcoſum, craſſùmque humorem gignant, facilè obſtruant jecoris ac renum

num meatus, ex glande autem opimi & optimi sunt. vid. Khraiser. *de Venat. c. 3.* Coler. *in sua Oecon. l. 14. cap. 38.* Et in suibus mediæ ætatis puta anniculorum, vel bimulorum, Voss. *lib. 3. cap. 65. fol. 107.* Domesticis suibus præstant agrestes, & montanæ, quia in meliori aëre vivunt, & magis exercentur, eoque minus habetur excrementicii. vid. Vossius *in dict. tract. lib. 3. cap. 65. p. 1077.* Valentin. *d. tract. der Naturalien Cammer.* ubi tradit: *Daß sich in dem so heßlichen und triefenden Sau-Auge ein gevvisses Eichelen, oder* glandula *finde, vvelches im Mund zerkeuet, dem rechten* veritablen *Biesam am geschmack und geruch vvenig oder gar nichts nachgebe, vvie solches nicht allein an den jungen gebratenen Span-Fercklein, sondern auch grossen Schvveinen Er offt selbsten erfahren und gesehen. In den zahmen Schvveins-Kœpff aber finden sich auf beyden Seiten einige gantz weisse mürbe beinlein, vvelche nichts anders, als das oberste Theil des* meatus auditorii *seynd, vvelche die Metzger, so Wissenschafft darvon haben heimlich abknüppen, und denjenigen, so sie bestellen, zukommen lassen. Diese Beinlein haben etvvas sonderliches in sich, und vveilen das gehirn darauf ligt, schlagt sich ohne Zvveifel ein* Sal Volatile *hinein, vermittelst dessen sie sicherlich ein grosses in der fallenden Sucht præstieren, und deßvvegen bißdaher in geheim gehalten vverden.* Hucusque Valentin. Veteres etiam putarunt, nos primo *aratri* usum à *sue* didicisse, unde & *Vomer.* à Græcis ὗνις, dici creditur

tur ab ὗς, i.e. ſus. Voſſius *d. tract. lib. 3. cap. 67. fol. 1085.*

Uraci factus eſt *Aper* ligneus figuram veri apri referens à *Duce ULRICO* confoſſi; eſt & ita ſactus, ut ſi pede parvum lignum deprimatur, aper ad adſtantes accurrat. Tabulâ hâc inſcriptum eſt; Anno 1705. *Fieng der Durchleuchtige Hochgebohrne Fürſt, Ulrich, Hertzog zu Wirtenberg &c. das Wildſchvvein auf dem Roßfeld zu Urach. die Lange 7. Schuh. 3. Zoll. die Hœhe 5. Schuh 2. Zoll, Kopfslange 23. Zoll. die dicke 3. Schuh. 2. Zoll.* B. Cruſius *in annal. Suevic. lib. 9. p. 592.*

Affine animal eſt *Hyſtrix, ein Stachelſchwein,* quod animal generat India & Africa, eſt ſpina contextum, ac Erinaceorum generis, quod ſpinarum aliquam, tergo laxato, validè adeò immittit, ut vulneret canes, quemadmodum Plinius indicat. *lib. 8. cap. 35.* Voſſius *d. l. 3. fol. 1035.* De cujus lapide *hyſtricino* ſeu Porcino vid. laud. Valentin. *in d. tr. lib. 3. pag. 456.* Item: *Echinus,* ſeu Eres, ſive Erinaceus, *ein Igel,* vaſrum animal in hoc, quia cum ore unum duntaxat pomum deferre cavas in arbores poſſit, corpore toto ſe ſe volutat, per poma jacentia, quo plurima ſic ſpinis adfixa deportet, ut Plinius refert. *cap. 8. lib. 37.*

Infenſum habet hoſtem Vulpem, de quo Colerus *in Oecon. part. 5. lib. 14. cap. 16.* ita: *den Igel kan er vor den ſtacheln nicht beykommen, wann er ſich keulich macht, und den Kopff und die Beine verbirget, darum beſaicht er Ihn, und bringt Ihn alſo um, dann vvann Ihm der Urin in den Mund kommt,*

kommt, so muß er ersticken. Ejus Epitaphium sequens legere licet, *in den Sinngedichten Herrn Hoffmanns von VValdau fol. 136.*

Mein Leib war vvohl versehn mit vielen scharf-
fen Spitzen,
Daß meine Feind ich kont mit selben stech-und ritzen,
Des Todtes Stachel hat mich endlich doch gefallt:
Diß trœstet mich: ich starb gewaffnet wie ein Held.

Thes. XVIII.

Simile *animal* est *Felis Sylvestris, wird ein Baumreutter genannt, so von den Hunden gefangen, erwürgt, oder auff den Baumen erschossen: sie haben Balg, Klauen oder Pfaten.* d. Anonym. *d. loc. fol. 28.* In Provincia *Malabar. feles* esse *agrestes* in arboribus agentes, ejus velocitatis, ut potius saltu valeant, qui & volatus speciem habeat. refert Scaliger. *Exercit. 217. Sect. 9.* Nam pedes cruraque, non attingentes terram, agitant in aëre, ut per eum currere videantur. Vossius *d. l. 3. cap. 63. fol. 1070.* Huc pertinet quoque *Cercophitecus, ein Meer-Katz,* & *Catus Cibethicus, Zibet-Katz.* Voss. *d. l. 3. fol. 1117.* Valentin. *in seiner Naturalien Cammer. lib. 3. cap. 15. pag. 450.* Item *Martes* & *Ictides*, quibus, si interdum mel in escam suppeditetur, pellem nitidam acquirunt, *sie bekommen davon einen Goldgelben Balg. Wann sie nur an dem einen Fuß mit der Marter-Fall gefangen werden, beissen sie solchen ab und* eschappieren. *Ihr Balg, wann er bey den hindern Schenckeln aufgelœst, und hernach mit*

einem Federkiehl auffgeblasen wird, ist er leicht abzuschelen. Martis excrementa gratum evaporant *odorem*, quia vescitur cibo sicco ac simplici, & plenè perfecteque hoc cibi concoquunt. Vossius *d. lib. 3. fol. 1113.*

Thes. XIX.

Mustela, ein Wisel, descendit simpliciter à *Mus.* Ut tela sit productio, est animal molesticum, quod ne quidem abstinet cadaveribus humanis; inprimis verò, ut gallinarum ova solet, ita & defunctorum oculos exsorbet. Mustelæ dimicaturæ cum serpentibus, rutam prius edendo se muniunt, quod autem secundum juniores facit, postquam dimicavit. vid. Voss. *lib. 3. fol. 1085.* Odore interimit basiliscum, is à conspectu, vel afflatu potius necat. Voss. *d. loc. pag. 1124.* Est ejus usus in muribus captandis, *Mustela* enim mures non minores modo, sed majores quoque, quos *Rattos* dicimus, venatur, ac vorat: estque in his capiendis felicior felibus, quia ob corporis gracilitatem etiam subit cavernas. Voss. *fol. 1120.* Est summa hujus animalis levitas & agilitas. Voss. *d. loc. fol. 1070.*

Thes. XX.

Deformia autem *animalia* sunt *Simiæ* & *Fabiones*, sed formæ damnum ingenio rependunt; cum sint *dociles* & *sagaces.* Imò inter sagacia animalia principes, sanè multum est, quod ingeniosè adeò imitari omnia solet. Estque adeò docile, ut & discat latrunculis ludere, ita Ælianus, ait: *lib. 5. de animal. cap. 26.* nihil esse, quod non discat: si

salta-

ſaltare, ſi tibia canere doceatur, egregiè adſequi: imo ſibi conſpectam ſimiam, quum *auriga obiens munia*, ſcitè habenas adduceret, & remitteret, ac flagello etiam uteretur: idem *lib. 7. cap. 22.* memorat, ut cum vidiſſet, quomodo nutrix infantem è lectulo tolleret, faſciis exſolveret, aquis mundaret, ingeniosè ſingula ſit imitata, præterquam, quod, dum diſcrimen aquæ neſcit, pro tepida aqua tenellæ cuti è cacabo ſuperfuderit ferventem, atque ita miſerè perdiderit infantem.

Notum eitam, & pluribus jam relatum, de *Simia* in Aula Papæ Julii II. quæ ſeu felis ſeu catelli pedibus uteretur ad extrahendas caſtaneas, à miniſtris, dum ſubitò avocaretur, in cineribus fervidis relictos. Voſſ. *d. tr. lib. 3. p. 1048.* Ubi etiam de *Thomæ Mori Angliæ Cancellarii*, prægrandi Simia, caniculos mirificè adverſus muſtelam tutante, meminit. Et inſuper tradit, quod ſummus Vir, Socer ſuus, *Franciſcus Junius* referebat de Simia quadam nobiliſſimi in Gallia viri: ut cum ex adverſo eſſet *Sutrina*, poſtquam ſæpius proſpectaſſet in ea *Sutorem* pueris corium ſcindenten, unde ſuerent calceos: Illa, dum, prandentibus cunctis, vacua eſt officina, in eam per feneſtram transvolârit, ac ſcalpro itidem corium conciderit: hoc cum egiſſet ſæpius, ſutorem offenſum ob damnum id vindictæ genus fuiſſe commentum: Ex adverſo ſimiæ ſcalprum collo admoviſſe, ſimulaſſeque, ſe ferro ſibi jugulum reſolvere; Poſtea, abſente itidem ſutore, ſimiam & hoc imitari geſtientem reverà ſibi jugulum petiiſſe, eoque ex vulnere exſpiraſſe, non ſine

offensa Viri Nobilis, qui multis partibus damnum vicino refundere, quàm hoc pacto tàm ingeniosi animalis jacturam facere maluisset.

Sunt & in China diversæ speciei simii, quorum alii homines ἄκερκοι, alii canes felesque mentiuntur, & sunt κερκοπίθηκοι tanta docilitate præditi, ut, nisi clunium fœditas illos proderet, vix bestias crederes, & ut mira nonnullorum docilitas videatur, subjungam, quod de iis Athanasius Kircherus in China illustrata *cap. 7. p. 195.* tradit: *Rex BENGALÆ ad Regem Mogorum in nescio cujus accepti beneficii recognitionem, solennem cum pretiosissimis muneribus adornatam legationem expediebat anno 1660. in qua in omnium admirationem rapiebat currus triumphalis auro atque omni gemmarum lapidumque pretiosorum genere refulgens; non humana sed belluina directione ducebatur, trahebatur currus à duobus candidissimis, & perquàm mirificè adornatis caballis; in superiori currus loco, veluti in solio Regio ingens sedebat Molossus, pretiosis phaleris monilibusque mirificè adornatus, qui uti sese tanto splendore fulgentem aspiciebat, ita quoque superbia quadam elatus, aliquid se supra belluinum esse, putare credebatur, siquidem incredibili gravitate, proceribus obviis debitam profunda capitis inclinatione reverentiam exhibebat. Non deerat huic satellitium splendidum; Simii enim superbè vestiti, thronum epheborum ad instar circumdabant, ad nutum promptissimi; quicquid enim caninum Regem facere in reverentia obviis præstanda videbant, id omnes unanimi capitis inclinatione pariter præstabant. Aurigam agebat grandis Simius, aurea Chlamyde indutus,*

cujus

cujus pileolus capiti impositus auro pariter gemmisque fulgebat, manu sinistra freni lorum tenebat, altera scutica tam dextrè suos regebat caballos, ut non à bruto, sed à peritissimo Veredario agitari viderentur; quanta autem ex hoc mirifico spectaculo Rex voluptate perfusus fuerit; inde patet, quod brutorum solertiam opiparo, verius belluino convivio recompensandam duxerit, dum quid equis, quid Simiis, quid molosso ex optimis cibis unicuique congruebat, in pavimento tapetibus exornato apposuit, ubi pari gravitate jam ad omnia prius instructi, sedentes, quisque suo contentus pabulo deliciabatur. Acta fuerunt hac Agra in Civitate Regia. add. alia Exempla apud Erasm. Francisci *in seiner listigen Schaubine.* rubric. *von Affen.* addat. & laud. Valentin. *in d. tract. cap. 31. pag. 147.*

Capiuntur autem *Simiæ abjectis calceis*, quos dum ad imitationem venatoris suos calceos ad eas inducendas induentis induunt, fuga sibi amplius consulere, & arbores ascendere nequeunt, sicque in manus venatoris incidunt. Alliciuntur & capiuntur etiam, si itidem ad imitationem venatoris se lavent in facie, substituta aqua glutinosa vid. Coler. *in Oecon. de Simiis.* Voss. *in d. tr. fol. 1126.* Amore erga fœtum *Simiæ* cedunt nulli, quamvis in amore nesciant modum, magna ex parte complectendo necant.

Huc pertinet *Mus Alpinus*, qui dicitur *murmont.* quasi dicas *mus montanus*, Germanis *Murmelthier* ex eo, quia latebris prodeuntes, inter se colludunt murmur quoddam edentes. Ingenium

horum est, quod, postquam hieme delituere in caverna, vernoque sole allecti prodierint forâs, unus quasi latibuli custos, propè illud velut è specula observat, homo ne, aut fera adventet, quale quid ubi conspexerit, acutum inclamat: mox cuncti ad latibulum recurrunt: custos ille cryptæ, postremus cavernam subit. Vossius *d. tr. lib. 3. cap. 58. pag. 1049.* Valentin. *in d. tr. seiner Naturalien- und Materialien-Cammer*, ubi refert: *daß es eine zertheilende Krafft habe gegen das Steinstechen geruhmt vverde, das Murmulthier-Schmaltz.* add. Coler. *in Oecon. lib. 14. cap. 19.*

Thes. XXI.

Quod attinet *Taxum*, *den Dachs*, est animal frigidum unde & hyberno tempore, si occasio detur pene prunis incubat, ac non quidem hiemem totam, ut de gliribus dicitur, sed magnam ejus partem transigit somno. Hujus morsus sunt venenati, ac causa creditur, quia animalculis repentibus ac venenatis vesci solet. Voss. *d. l. 3. cap. 58. fol. 1117.*

De hujus captura Colerus sequentia tradit: *Er grabt sich in Wald unter die Wurtzeln der Baume hinein, da muß ein Hündlein, das darzu gewœhnt ist hinein zu ihm kriechen, und ihn angstigen, so arbeitet er sieh auf einer andern Seiten herauß. also bekommt man ihn. Es kommt aber einem solchen Tachs-Hund bißvveilen auf das Leben an. Dessen Grab-Schrifft aber Herr von Hoffmanns-Waldau in seinen Sinn-Gedichten in der* Rubric. *Grab-Schriff-*

Schrifften, fol. 136. folgender gestalten Carminicè exhibiert:

Kein Loch war mir zu tieff, und keines auch zu klein,
Ich suchte Füchß und Dachß dem Jäger zu gefallen,
Ich büßte doch zulezt im Loch mein Leben ein,
Drum, trau den Lœchern nicht, und wühle nicht in allen.

Es pflegen ihn auch etliche aus der Erden außzugraben. Coler. *in d. tr. lib. 14. cap. 19.* Contigit autem aliquando incauto venatori, qui dum solicitus erat eum ex spelunca extrahere, inverso ordine meles eum arctè tenuit, & dum consocius quærebat: *Hast ihn?* ille respondebat: *Nein, er hat mich.* Est autem plenus adipe, de qua axungia sequentia tradit. laud. Valent. *d. loc. Daß dieses Dachs-Schmaltz gegen die Nieren- und Linden-Weh, Stein und dergleichen gerühmet, und von denen Jægern an die gefrohrne Glieder gerieben werde, in welchem er dieses Fett selbsten gut befunden: Deßwegen auch der* Chronimische Medicus Serevus *nicht unbillich reime:*

Nec spernendus adeps dederit quæ bestia melis.
Man soll nicht schlechter Dings das gute Fett verachten,
Das man von einem Dachs gar hæuffig pflegt zu machen.

Prædicatur autem de *Taxo, er hat Klauen, eine Haut, wird geschossen, gehetzt, und außgeraitzt, mit Schlieffen gesucht, verhalt, verklufft, und verlaurt*

laurt sich. Das Weiblein wird eine Dechsin genannt, einen Kessel nennt man, den Ort in einem Dachs-Bau, da sie recht liegen und ihr Lager gemacht habe: eine Rœhre heisst ein Dachs-Loch. dict. Anonym. *in tr. dess neu-errichten Jæger-Hauses. fol. 29. & 30.*

Thes. XXII.

Venimus ad *Leporem*, qui est animal timidum vid. Arist. *hystor. de animal. lib. 2. cap. 1.* sed *libidinosum*, imò subinde unum idemque & init, & initur, non quasi omnes lepores sint *androgyni*, quod perperam alii dicunt, dum humores inguinis, è quibus ipsis etiam liquor promanat, testes esse arbitrantur. Non pertingunt, nisi ad annos *6.* & *7.* dum sunt semper morbidi, sed quia non pauci utrumque habent sexum. (coit autem omni tempore, singulis concipit mensibus & superfœtat, nec uno contentus matrimonio, & lactens etiam concipit.) Et hanc etiam rationem fuisse cur Levitic. cap. II. Psalm. 67. Deus interdixerit carnem leporinam, quibus & hæc ratio accedit petita à natura, quando vetuli lepores planè sint insalubres, temperamenti quippe frigidi & sicci. vid. Voss. *l. 3. cap. 83. pag. 1021. & 1093.*

Interim deliciarum lepori inter quadrupedes principatum tribuit Martialis, *l. 13. c. 89.* & Juvenalis *Satyr. II.* Generat tamen leporina atram bilem adeoque obstructiones hepatis parit & Lienis, prodest interea iis qui corpus student exsiccare. Cervorum tamen & leporum minorum carnes sunt meliores, quia ob minorem siccitatem minus gignunt

gnunt atram bilem. Delicatiores etiam ſunt lepores intra menſem ætatis ſuæ ſecundum & 8. Voſſ. *d. l lib. 3. cap. 66*

Quod autem *caro leporina* proſit ad conciliandam homini *pulchritudinem*, multi aſſerunt, & ſunt, qui hanc cauſam adferunt: pulpamentum leporis vim habet abſtergendæ bilis, atque ita exhilarandi; ſed quomodo bilem abſterget, ſi ſuccum gignit frigidum,& ſiccum,ſive Melancholicum? Veri ſimilius igitur putat laud. Voſſ. *dict, loc. fol. 1082.* Caput, fontemque eſſe hujus *fabulæ*, quod illis facilè agentibus, quibus inter cætera lepus cum ſuo condimento menſam ſolet ornare, dum modo hi edendi teneant modum, neutiquam macie fiant deformes, vel colore lurido fædiores. Nihil quidem tale in iis deprehendas, quibus is cibus non infrequens. Quin hilaritas menſæ, quales iis ferè, qui deliciis moderatis gaudent; formæ decus non conſervat modò, ſed etiam auget. Quod verò, cum id leporinæ carni commune ſit cum deliciarum aliis, particulam reſtrinxere ad leporinam, id putat originem cepiſſe, ab hominibus facetis magis quàm ſeriis. Nempe, ut dixere *melos* & *melus*, ita & viſa eſſe vicina, *lepos*, & *lepus*: à quorum priori aliquem lepidum vocamus: quaſi uti lepidus eſt, cui multus ineſt lepos: ita &, cui lepus comeſtus, eo amoribus ſuis lepidior formoſiorque videretur.

Cæterùm dormiunt oculis apertis, licet non ſtudio id faciant, ſed natura ob palpebras juſto breviores, ut cognoſcere eſt ex laud. Voſſ. *d. l. 3. pag. 1013.*

1013. Auditu tamen mirè valent lepores, eoque Ægyptii picto lepore auditum significant. vid. Voss. *d. l. fol. 1041.* capitis dolori remedium à lepore Voss. *d. l. lib. 3. p. 1023.*

Tali leporis, der Hasen-Sprung, befœrderet den schnellen Lauff der Hasen, daher Helmontius *in seinem* Tractat *von Husten und Keichen, diesen sprung auch gegen das Zipperlin verschreibet,* Referente Valentin. *in seiner Natural Materialien Cammer. pag. 452.* add. Coler. *in sua Oecon. lib. 14. cap 11. & 12.* Exemptum leporis cerebrum, ubi caput assatur & in vino sumptum, ajunt esse firmandæ memoriæ adminiculis. Bacco de Verulameo *vol. 5.* in *historia vitæ & mortis cent. 10. pag. 58.* ubi hoc propriè locum habere dicit in animalibus meticulosis. Proverbium etiam est de lepore, quòd nidum prodat. *Er verrathe sich selber, dann zu Winters Zeit im schnee, wo der Haas ligt, gehet ein blauer Dunst von Ihme auff, dardurch er sich verrath,* quod applicatur ad eos qui se ipsos produnt. Sæpè autem diabolica sub hac formula latent, vid. historiam apud B. Crusium *in annal. Suevic. lib. 7. part. 3. pag. 412.* De lepore capto loquente postea in sacco clauso, quem propterea infelix venator abjiciens, & in eo nihil reperiens ex consternatione continuata in tertiam diem obiit.

Capiuntur autem plagis & retibus, canibus etiam insequitur, eorum autem captura in *Bavaria* solummodò à festo Jacobi usque ad festum Matthiæ concessa, ne videlicet nimium extinguantur. Khraiss. *in d. tract. de venat. cap. 12.* ubi seq. *capit. de modis*

dis capiendi lepores, juxta leges venatorias agit. In *Hispaniâ*, leporum venatio: *ubi nivis tempus* est, prohibetur, uti refert Sebast. Medices *in tr. de venat. aucupio & piscat. Part. 1. qu. 12.* add. Hunnius *de jure venandi. th. 4. fol. 129.* apud Fritsch.

De lepore autem notat: hæc *formalia* in nostra vernacula. Harsdœrffer. *in d. tr. d. loc. Der Haaß schreit; fert, er wird abgeschreckt*, i. e. *fürgericht vor Tags, wann er gen Holtz will fahren.* Et sic nocturnis temporibus, quando sc. leporibus retia & tendicula ponuntur, nullis ad id adhibitis canibus. Hunn. *d. loc.* B. Collega D. Harpprecht. *diss. de venat. precor. fol. 49. Es wird ihm auch in Vorhœltzern fürgericht* add. Anonym. *dict. loc. ferner* dicitur. *Er vvird vom strick gehetzt, ervviirgt, zerrissen, nachdem er seine 2. Spring gethan hat.* Laud. Harsdœrffer *cit. loc.* Porrò *er sitzet, Garn, und Feder-Gericht vverden Ihm gestellet, raumbt, vveydet, hat Lager, Balg (nicht Haut) zvvey Springe, (nicht Füsse) vvird gestreifft.* Noë Meurer *tr. von fœrstlicher Gerechtigkeit fol. 88. Das Mannlein vvird der ramler genant, einen Absprung thut ein Haaß, vvann er einen Widergang gethan, und dann davon auff die Seiten springt, drucken nennt man es, vvann sich ein Haaß gantz auff die Erde niederlegt, und den Kopf niederbücket, daß er nicht gesehen vvird. Einen Mœnch macht der Haas, vvann er nur auf den hindersten Lauffen stehet, und die fœrdere in der Hœhe hælt.*

Rahmen sagt man vvann ein Hund den Haasen

ſen ſo eingeholt daß er ſich vvinden muß. d. Anonym. *pag. 18. & 19.*

Affine Animal eſt *Cuniculus ein Killein*, ſuntque *cuniculi* etiam animalia ſuperfœtantia in hocque diſparia à *leporibus*, quod *cuniculus* ſub terra vivit, *lepus* in aperto, quodque leporis carnes atriores ſint, Bacco de Verulam *in hiſt. vita pag. 37.* Sortiuntur autem *cuniculi* hoc nomen à *cuniculis von Lœchern die ſie in der Erden machen*, de quo vid. Colerus, *in ſua Oecon. part. 5. lib. 14. cap. 21.* Ubi addit *ſie ſeynd leicht zufangen, wann man nur einen zamen Iltis, oder* Muſtelam Sylveſtrem *das ein ſchelligen am Halß habe, in ihre Lœcher lauffen laſſe, ſo kommen ſie bald aus allen Lœchern hauffig hervor, da hab man alsdann kleine Netzlen vorgeſtellt, damit vverden ſie bald gefangen.*

Huc etiam ſpectat *Sciurus, ein Eichhorn*, ſic dictus à tegumento caudæ villoſæ, quâ tanquàm protecto, & umbrâ utitur. Animal cognatum ei, quod *Varius* & *Pirolus* dicitur, *ein Feck*, præſagiunt autem *Sciuri* tempeſtates, obturatisque qua ſpiraturus eſt ventus cavernis, ex alia parte fores aperiunt. Plin. *lib. 8. 38.*

De horum captura ita Colerus, *d. tr. lib. 14. cap. 20. Sie vverden geſchoſſen mit Armbrüſten oder Büchſen auf den Vorbauch, oder vvirfft ſie mit einem Stein herunder. Sie ſeynd übel zubekommen, denn es hat ein zehe Leben, wann mans gleich mit einem Stein auf die Haut wirfft, ſo fœllts doch nicht bald herunter, ſondern legt ſich zwiſchen die Aeſte ein, da mans übel bekommen kan, und vvann mans gleich*

gleich bekommt, so beisst es übel um sich. Sciuri agonizantis testamentum sequentibus versibus Poëta quidam Aulicus finxit:

Den Herrn von Podagra, will ich die füss verschreiben,
Die Ihrem Ade' Schild sie sollen einverleiben,
Den alten Mütterlein will ich die zahn vermachen,
Die ob der harten Nuss nicht leichtlich vverden krachen.
Das zugespitzte Maul nehm hin ein Courtisan
Damit er seine Küss vvohl appliciren kan,
Dem Jungen Frauen Volck mach ich zum Vorauss gantz,
Den rund-formirten Schweiff zum Braut- und Hochzeit-Crantz.

Thes. XXIII.

De cætero sunt & alii termini venationis proprii; *Als auf- oder ablœsen, (wann einer etwas an einem Thier auf, oder abschneidet, den Balg, Haut abstreiffen, abziehen,* **Ansprechen,** *ist gesagt, ich hab den Hirsch von so viel Enden angesprochen.* **Abjagen,** *ist zuverstehen, wann man die mit Zeug umbgestellte Thiere will fangen, oder umringen.* **Abschreitten,** *wird gesagt, wann man schreitet, vvie viel Schritt von dem andern nach der Lange der Tücher.* **Abstecken,** *wird zu formirung des Lauffs gebraucht, weil man dazu muss etliche Hæfftel einschlagen, darnach man solche stellt.* **Fangen,** *muss man auch, wann ein Hund ein Thier niederhetzt.*

Nachhængen, *iſt, wann mann vor ein Holtz herſtellet, damit er nicht wider dahin einkomme, ſondern in ein ander Holtz hinein lauffe.* **VVegmachen**, *heiſt das Wild auffjagen.* **Treiben**, *iſt an ſich ſelbſt, daß man aus einem Orth das Wildprett mit Mannſchafft in das andere treibet.* **Vorgreiffen**, *iſt mit dem Lait-Hund umb oder in einem Holtz herumb ziehen, zu vernehmen, ob das Wildbrett im Holtz geblieben.* **Ein verlohrn Treiben**, *iſt, daß man eine anzahl Mannſchafft umb ein Holtz herumb ſetzet, ob man noch daſelbſt etwas herauß ins Jagen eintreiben kœnne.* **Verſuchen** *heißt man, wann man mit einem Leit-Hund vor ein Holtz hinziehet, umb zuſehen, was vor Wildprett im Feld gevveſen.* **Anſtellen**, *heißt, ſich an einen ſolchen Orth hinſtellen, da zugetrieben vvird, umb ſo bald das Wildbrett kombt, daſſelbe zu ſchieſſen.* **Beyherſtellen**, *heißt, vvo man zugleich treibet und daneben beyher mit Zeug ſtellet.* **Gantz machen**, *das Treib-Volck in eine Ordnung ſtellen.* **Zuſtellen**, *heißt ſo viel, als wann man einen Ort übergetrieben, daß man dann hernach vorſtelle, daß das Wildperett an dem Ort nicht wieder zurück komme.* vid. d. Anonym. *d. tr. pag. 53.*

De *variis aliis* terminis *technicis*, *als Vor- und Nachfarth, blinden, beſchlieſſen, Wagen, ragen, gœnnen, fedemlin, Aberklauen, Wandbet, Geſül, abſpringen, Gewandt, Himmelſpühr, erwinden, fegen, ſchlagen, Graſt, Gefraß, Hoch- und Nider-Verbrechen.* vid. Noë Meurer. *d. tr. de venat. d. loc.*

Theſ.

Thes. XXIV.

Has autem similesque inconsuetas venatorum formulas nosse, ad hoc conducit, ut quis de rebus venatoriis disquirens percussionem seu applicationem *Cultri Venatorii*, seu flagri lignei super nates evitare possit. *Daß er das Waidmesser nicht zu versuchen überkomme*, quod consueta est pœna illorum, qui de his rebus, *vel crassius* loquuntur, *vel* non propriis terminis seu consuetis venatorum formulis utuntur.

Et dum *joco* & lusu res expeditur, (*indem mit dem Waidmesser etliche Streich auf das Gesäß gegeben werden, und sich endet mit einem Gelachter*) injuria dici non potest, quia per jocum & lusum haud infertur injuria. *arg. l. 3. §. 3. ff. de injuriis.* Et est quod sibi imputet talis, qui se miscet rei alienæ, ad se non pertinenti, & sic in culpa est, quod non cautius fuerit versatus. *l. 36. de Reg. juris.* Hinc illud Comici: *Tute hoc intristi: tibi omne exedendum: Hastu dir es gut eingebrockt, so iß es gut aus.* Besoldus *in thes. pract.* & ibi Dietheric. *voce Waid-Messer-Schlag. Colleg. Jur. Arg. ad. tit. de A. R. D. num. 20.* Illustris Dn. Baro à Lyncker. *in Analysi ad ff. tit. de injuriis th. 54.* Philipp. Helfricus Krebs. *de ligno & lapide Part. I. class. 11. sect. 7. §. 3.* ubi hoc ampliat, etiam si tale quid factum in Regione, quæ ejus moris esset nescia.

CAP. VI.

De Objecto Aucupii.

OBjectum verò Aucupii, sunt VOLATILIA, Aves scil. seu Volucres campestres & Sylvestres §. *12.* & *14. Instit. de R. D. lex. 3. ff. de A. R. D.* Quibus tribuitur *aër*, eam ob causam, quia aves eundem maximam ævi sui partem pervagantur, in quarum captura laxior aliquo modo est libertas. Vinnius *in Juris Prud. contracta lib. 1. cap. 19.* B. Textor dicta *Dissert. de Jur. Ven. thes. 19.* Et hæ mole corporis quadrupedibus longè sunt minores; optimè autem tectæ sunt: pluma enim tepore, & incubitu presso ad corpus, & lanam, & capillitia excedit. Bacco de Verulam. *vol. 5. in hist. vita & mortis. pag. 37.*

Aves, cùm plures pariant, eas simul in alvo non gestant, sed ova excludunt per vices: Unde liberalius sufficit alimentum Fœtui. Bacco de Verulam. *d. loc.* ubi etiam motum avium, dum volant, mixtum esse, inter motum artuum, & gestationem; notat; saluberrimum exercitationis genus. In harum verò generatione minus conferre semen *MARIS* ad generationem, sed *Activitatem* potius indere, quam *Materiam*, unde etiam ova fœcunda & sterilia, in plurimis non dignosci; quòd autem tradatur, aves quasi omnes, ad magnitudinem suam justam pervenire, primo anno, aut paulo post: hoc verum esse innuit, quoad *plumas* in nonnullis, quoad *rostrum* in aliis, annos numerari

rari. Ad magnitudinem autem corporis minimè omnia alata sunt rostrata, solùm autem mandibulam movent inferiorem, si exceperis *Psittacum*, qui superiorem commovet, uti ex animantium cæteris solus id facit *Crocodilus*. Voss. *d. loc. fol. 1159.* Cibus autem avibus sunt, herbæ, muscæ, vermes pisces, quadrupedia, & aves, tum sui, tum aliûs generis, Voss. *d. loc. cap. 80. fol. 1159. & seq.*

Plurimæ avium sunt naturæ vivacis. Ita longævæ sunt vitæ, carnivoræ & rapaces omnes, ut aquila, vultures, corvi, etiam Cornix, Psittacus, Pavo &c. vid. Voss. *de orig. & progressu Idolatr. lib. 3. cap. 79. fol. 1158. & 1192.* laud. Bacco de verulam, *in historia Vitæ & Mortis p. 38. 39. 40.* ad quarum vitam longævam, multum confert humidus, pinguis, magisque aërius succus, quàm illud quadrupedum & piscium genus, quibus aqueum magis. Galli tamen gallinacei, ob salacitatem non excedunt annum duodecimum: Nec columbæ, aut turtures facilè annum exsuperant octavum. Plin. *lib. 10. cap. 38.* Passeribus, quia usque adeò salaces, non nisi ad biennium circiter suppetit vita. Idem ejusce *libr. cap. 36.* add. Bacco de Verulam. *d. loc.*

Thes. II.

Inter Volucria autem Principatum tenet *Struthio Camelus*, cui magnitudo quadrupedis potius est, quàm avis, cujus natura magis gaudet corpore exiguo, quia moles vasta impedit, nequid in sublime moveatur. A quadrupedibus abit,

quia alæ ejus non sunt idoneæ, ut multum à terra se extollat, ac propterea pilis magis similes sunt. Aristotel. lib. 4. de *Partib. animal. cap. 84.* Præterea in modum avium bipes est, at, quadrupedum instar, non digitos habet, sed ungulam bipartitam; seu bisulcam. Voss. *d. cap. 80. fol. 1160. & seqq.* Ubi eum ferrum concoquere falsò prædicari contra Scaligerum ostendit. add. etiam Plinius *lib. 10. cap. 1.* Insignis stultitiæ præbet argumentum, qui, si caput cum prolongo collo fruticibus occultarit, corpus reliquum, quod tam vastum, latere arbitratur, hinc de ea Job. XXIX. 20. Privavit eum DEUS sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Vid. Voss. *cap. 49. lib. 3.* Post Struthio Camelum ales maximus est, *Casuarius* de quo vid. laud. Valentin. *in d. tr. lib. 3. cap. 20. pag. 460.*

Maximis etiam accensetur *Aquila*, avium Regina, quæ idcircò magna avis dicitur. Ezechiel. XVII. 3. Estque robore ingenti, ad quod plurimum conferunt, *rostrum* aduncum & ungues incurvæ, præcipuè autem hoc robur, ei est à nervis. Roboris hujus argumentum habemus, quod non oves solùm, sed etiam custodes, eorumque canes dilaniet, serpentesque vincit, quin & cum cervis & ipsis tauris ei est certamen. Voss. *d. tr. pag. 1145.* Sola animi magnitudine cum *cornice* committi indignum putat, & dehinc in sublime evolat, hac longè infra se relicta. Unde est quoque quod muscas indignam se prædam putet. Voss. *1146.*

Aqui-

Aquilam autem fuiſſe Symbolum *Regni & Imperii* patet ex Ezech. XIV. 3. Et Princeps cum Aquila comparatur in exercenda *Juſtitia* correctiva. 1. quoad aciem *viſus*, ad *delicta* cognoſcenda. 2. celeritatem *volatus* ad pœnas ſubitò exigendas. 3. unguium roborem ad *ſupplicia* (invitis & potentioribus etiam) irroganda. Magnus autem eſt, Aquilæ erga pullos amor, ut Exod. XIX. 4. & Exod. XXXII. 11. Deus amorem ſuum erga Iſraëlitas cum Aquilina comparat cura erga pullos. vid. Voſſ. *d. tr. lib. 3. fol. 1147.* De quo etiam meminit Hiob. XXXIX. 31. ſeqq. hiſce formalibus: *In Felſen wohnet er, und bleibet auf den Kipfen an Felſen, und in feſten Orthen. Von dannen ſchauet er nach der Speiſe, und ſeine augen ſehen ferne, ſeine Jungen ſauffen Blut, und wo ein Aaß iſt, da iſt er.*

Theſ. III.

Præterea in magnis ſunt, vultur, accipiter, Ciconia, Grus, Cygnus, Anſer, Pavo, Milvus: paucæque aliæ.

Commendatur autem accipiter à *robore.* Unde & *Ægyptiis* ſignum eſt victoriæ; uti quoque noctua, cui ſuppetias ferre ſolet.

Olor quoque ſeu *Cygnus piſcivorus* robuſta ac pugnax eſt ales, quippe cum Aquila etiam, non tamen niſi provocata, decertat, imò ſæpius eam vincit, dum ſic ala eam percutit, ut uno debilitet ictu, quod ſæpius ſibi viſum Cæſar Scaliger annotavit. in Ariſt. *l. 9. §. 1. hiſtor. animal. ſect. 42.* & adv.

Cardan. *Exerc. 231.* Est autem carnis durioris, excrementis etiam scatet, ut aquaticæ aliæ, lautioribus infertur conviviis, sed pompæ potius gratia, quam ob succi puritatem. Voss. *lib. 3. cap. 39. fol. 1240.* Præterea tantoperè tamen indulget iracundiæ adversus sui generis aves, ut alter alterum devoret, & absumat, atque hanc esse causam, cur inter immundas referatur, Lev. XI, 18. & Devt. XIV. 16. existimat Voss. *d. tr. lib. 3. cap. 84. p. 1186.* Cujus descriptio poëtica *ex seqq. vers.* patet: quos exhibet Tscherning *in tr. teutsch. Gedichte. p. 291.*

Ich prophezey, und bin auch ein Poet im Singen,
Meanders krummer gang hært meine Lieder klingen,
Von mir nimt Flaccus Ehr, und auch Eagers Sohn,
Wann mich der See erblickt, so fasst der Schiff Patron
Im Hertzen guten Trost, Ich musst das Joch ertragen
Weil Venus sich von mir lesst führen auf dem Wagen.
Der alten graues Haar sagt meiner Farbe zu,
Bin aber, Lesbia, ich weisser, oder du?

vid. tamen Taubm. *in Virg. Maron. Culic. pag. 64.*

Pici Martii tantum est robur, ut pertundat, arbores durissimas, secat enim *ulnum*, aut *quercum*. Voss. *d. tr. fol. 1162.* add. *fol. 1170.*

Coloris pulchritudine autem commendatur *Psittacus*, *Pavo*, & *Phasianus*, quos alites idcircò jungit Statius in II. Sylvarum:

Psittacus ille plagæ viridis regnator Eoæ
Quem non gemmata, volucris Junonia caudâ
Vinceret, adspectu gelidi non Phasidis ales.

Add.

Add. Voss. *f. 1163.* De quo alibi etiam canit:

Psittace lux volucrum, Domini jucunda voluptas,
Humanæ solers imitator Psittace linguæ.

Vid. Plinius *lib. 10. cap. 42.* Est autem avis cibi omnigeni, atque etiam mandens cibos, atque mutans subinde rostrum, aspera & ferocula, carnibus atris. Bacco de Verulam. *in histor. vitæ & mortis pag. 40.* Commendatur etiam à docilitate, dum vocem humanam imitatur: *Wann von Herrn von Hoffmanns Waldau in seinen Sinn-Gedichten fol. 126. folgendes gesetzt:*

Ein Papagoy rief auß was ihn Corinna lehrte,
Alß nun ein Artzt da gieng, und Hahnrey ruffen hœrte,
Sprach er dem Papagoy muß etwas seyn geschehn,
Daß er vor seinen Herrn mich jetzt hat angesehn.

Und ein anders in seinen Poëtischen Grabschrifften fol. 86. folgendes lauts:

Die Fremden ehrten mich, der Herr der war mir hold,
Daß ich gestorben bin, ist meiner Zungen Schuld!
Dieweil ich meiner Frau den Titul recht gegeben.
Verlohr ich meine Gunst, und auch zugleich mein Leben.

Add. Erasm. Francisci *in seiner lustigen Schaubühne rubric. von Papagoyen.*

De Pavonis autem pulchritudine locum hunc apponit Voss. *d. tr. fol. 1163. Quanquam & Pavo Pluma vestis, & quidem de cataclitis, imò omni consilio pressior, qua colla florent, & omni patagio in-*

auratior, qua terga vulgent, & omni Syrmate solutior, qua cauda jacent: multicolor & discolor, & versicolor nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa, quando alia: toties denique mutanda, quoties movenda. add. locus Hiob. XXXIX. 16.

Junonia autem hæc avis ubi colorem & pennas circumspexit, sibi placet & fidit: dejicitur, cum ad pedes se dejecit. vid. Voss. *fol. 1202.* quam in rem eleganter carminicè lusit, *Herr Daniel Caspar von Lohenstein in seinen erleuchten Hoffmann*, seq. in modum:

Schaut! wie der Pfau früh sein von Perl und Edel-Stein
Gesticktes Halsband hoch empor und Sternwerts recket;
Wie er, weil seinen Schweiff so Stern als Blume decket,
Ein kleiner Himmel scheint, ein schœn April zu seyn.
Wann aber gegen ihm bey hellem Sonnenschein,
Die Iris in der Lufft, den stoltzen Bogen strecket.
Und er die Füsse sieht von Unflat seyn beflecket.
Kehrt sich die Pracht in Schimpff, wann er sein Rad halt ein.

vid. etiam Voss. *d. tr. lib. 3. cap. 92. fol. 1231.*

Quod attinet tertio loco *Phasianum*, hunc inter formosissimas aves etiam reposuit Solon. Commendatur enim varietate & splendore pennarum plumarumque de quo etiam *in l. 5. §. 5. ff. de A. R. D.* addat. *lex. 37. ff. de furtis.* Habetur autem præcipuè in deliciis à *Principibus* pro quibus peculiares hortos *Zellis*, & alibi extrui videmus

demus. B. Stryk. *in volum. noviss. disp. 22. de J. Princ. Aëreo. qu. 28.* ubi quærit etiam de Phasianis, an licitè capiantur? Quod negat *vid. arg. l. 5. C. de agricol. & cens.* qui etiam *in d. dissert. cap. 22. §. 9.* Electoris Brandenburgici *Edictum de non capiendis Phasianis* refert. Nullibi autem in tàm magna copia & varietate aluntur, quàm in hoc Ducatu *Ludwigsburgi*, in sylva quàm maximè ad eas asservandas accommodata, cum singulorum delectatione, qua alii Principes non gaudent. Horum caro æquatur gallinaceæ. Voss. *d. tr. l. 3. fol. 1228. & seq.*

Thes. IV.

Inprimis huc etiam pertinet *Urogallus, der Aurhan*, de quo ita Plinius *10. 22. decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia:* de quo etiam nota hoc *inusitatum*, Eum sperma ex ore evomere, & magna voce gallinas advocare, quæ ejectum Sperma ore legant, postea demum à Gallo comprimi, qui quasi ratum faciat semen comestum, quos enim non ascenderit illas Ova hypenemia parere vid. Coler. *in Oeconom. pag. 5. lib. 15. cap. 59.*

Quanta etiam venustas est *Manucodiatarum*, sive *apodum Indicarum*. Quarum Plumis idcircò se *Janizari* ornant in prælium ituri cum Imperatore: laud. Voss. post alios *d. tr. lib. 3. fol. 1164.* Ubi etiam alias alites *simplicem colorem* commendare dicit, & adducit *Olorem candidum* & *Corvum nigrum*. Quamvis dentur *corvi* etiam *albi*, Vossius *d. loc.* ubi & sibi visum *corvum* album, *Londini* in ædibus Illustrissimi *Comitis Arandelii*,

delii, & in *Norvvegia*, atque Insulis *Cimbricis*, quæ Serenissimo Regi Daniæ parent. Aliis etiam *Septentrionis* terris frequentes hujus esse coloris.

Estque *corvus carnivora* avis, neque admodùm frequens in *volatu*, sed magis sedentaria, & carnibus admodum atris. Bacco de Verulam. *in histor. vitæ & mortis pag. 39.* Referuntur autem etiam Corvi inter noxias & rapaces, qui non contenti cadaveribus, etiam columbas necant, item passeres, alaudas aliosque alites, pisces item vivos vorant. Et quid mirum corvos esse rapaces; cùm valdè sint voraces, famis autem adeò impatientes, ut si mater vel senio confecta, vel alia de causa viribus destituta, non sufficiat venationi tantæ, ut pullos alere possit, hi matrem ipsam aggrediantur eamque devorent, inquit laud. Voss. *d. l. lib. 3. fol. 1192. & seqq.* Ubi etiam convenienter, per tàm impios aves etiam parentum subsanatores puniri dicit, corvis oculos eorum effodientibus; Prov. XXX. 17. Cur autem *DEO* visum per avem tàm rapacem potissimum pascere *Eliam*, de eo vid. Voss. *d. loc.* Est etiam animal *docile*, de cujus docilitate mira refert Coler. *in d. tr. lib. 14. cap. 44.* & Voss. *d. lib. 3. fol. 1214. & seq.* Est insuper furto infame hinc Proverbium enatum: *Du stiehlst wie ein Raab.* vid. Coler. *d. loc.*

Et ita etiam animatus est *Caprimulgus*, qui noctu solet *capras* sugere, quo suctu & lac illis abolet, & eas efficit cæcas; qui fur nocturnus Plinio vocatur *lib. 10. cap. 40.* Pariter hâc infa-

miâ

miâ laborat *Perdix*, cùm alteri hæc avi ſubducat ova, iisque incumbat, excluſos tamen pullos, ſimul ac poſſint ad veros avolare parentes notat Voſſ. *d. loc.*

Ubi etiam *monedulæ* furacitatem auri argentique præcipuè miram eſſe dicit cum Plin. *lib. 10. cap. 29.* & Cæſare Scaligero in commentar. *in Ariſtot. lib. 11. hiſtor. animal. cap. 15* Unde monedula quaſi monetula, quod auferetur monetas dicta, Colero, *in d. tr. d. loc.* Numeratur autem hæc avis inter aves, quæ loquuntur, ut & Turdus, Sturnus & Perdix. De quo vid. laud. Coler. *d. tr. lib. 15. cap. 46. 47*, ubi etiam tractat de harum captura, add. Voſſ. *d. lib. 3. fol. 1216. & ſeq.* Hanc autem *monedulam* videri eſſe imaginem ſtultè *avari* pecunias congerentis, quibus uti neſciat, ſoloque ex eorum aſpectu capientis voluptatem, monet Voſſius *d. loc.* Plerumque autem Corvus globulo trajicitur, laud. Coler. *cit. loc.* ubi addit: *Daß man ihn auch mit Krehen Augen (das iſt ein Nuß) kœnne leichtlich bekommen.* Corvi autem proſunt adverſus *Venena*, ſiquidem ne inficiatur aer, præſtant, idque cadavera quadrupedum vorando, item piſces mortuos in littus è Mari ejectos, ac refert Bellonius *lib. 6. de avib. cap. 1.* propterea in *Anglia* eſſe interdictum, ne quis interimat corvos. Voſſius *d. l. lib. 3. fol. 1253*: add. de uſu in medicina quem præſtet Sex. Plato. *part. 2. von Vœgeln, cap. 6.*

Eſt etiam Corvorum in *aucupio* uſus, de quo vid. Voſſius, *d. l. fol. 1258. & 1158.* Interim contigit

tigit, ut quandoque ab accipitre aggrediatur, uti ipse vidi, tempore hiberno accipitrem in agmen corvorum ante horreum grana colligentium, involantem, ubi unum arripuit, & secum per auras duxit, non attentis reliquorum stentoreis clamoribus atque insultibus, traditur esse similiter longævus. vid. Voss. *d. tr. fol. 1554.* Maximè autem huc spectat ferum *Gallinaceum* genus & *Columbinum*, quo inprimis vescimur, gallinarum autem ferarum fit mentio, *in §. 16. Inst. de R. Divis.* Et sunt attagenæ, *Haselhüner*, perdices, *Rebhüner*, Gallinagines, *Schnœpffen*, quibus affines *turdi, Crametsvœgel*, qui cum *alaudis* inter volatilia habentur delicatissimi. De quibus earumque captura, vid. Coler. *in sua Oeconomia lib. 15 cap. 54. 55. 56. & 65.* add. Valentin. *in seiner Natural- und Materialien-Cammer. pag. 459.* Khraiser. *d. tr. de venat. cap. 21. fol. 171.* apud Fritschium. Ubi monet perdicem fæminam seniorem semper dimitti debere, & contra sex perdices penagas nunquam pandi. add. *fol. 172. c. 22.* *Sturnorum* autem *caro* difficulter concoquitur & virosum habet saporem, quia *cicata* pascuntur. Meliores tamen sunt *autumni* tempore, quia mirè appetunt *uvas* earumque esu virosus sapor plurimum corrigitur. Voss. *d. l. 3. p. 1238.*

Thes. V.

Quod autem attinet *Imbelles Columbas* in §. *15. Inst. de R. D.* Eæ sunt vel *Sylvestres*, vel *domesticæ*, eæquæ iterum vel in specie sic dictæ, quæ cibo domestico intra limina Januæ solent pasci, *Stuben-*

Tauben,

Tauben, *Hauß-Tauben*, vel *agrestes*, quæ in campum evolant, pascua quærentes vulgò *Feld-Tauben.* Müller. *de jure columbarum, vom Tauben-Recht. th. 5.*

Et majores sunt ipsis Domesticis, & in arboribus aut sepibus nidificant, & semel tantum in anno pullos excludunt. Illis verò non est certus pariendi terminus, & admodum fæcundæ sunt, seu sæpissimè fætus edunt. Quadraginta enim diebus pariunt, incubant & educunt pullos, intervallum tantummodo faciunt à bruma ad æquinoctium vernum, adeò, ut nonnullæ vel octies, vel decies pipiones pariant ac nutriant, & ad minus per tres vices, & quando parum cibi ipsis subministratur; teste Petro Crescentio *lib. 9. cap. 8.* **vid.** Aristotel: *Hist. animal. lib. 6. cap. 1.* Plin. *Hist. animal. lib. 10. cap. 34. 35.* Columella *lib. 9. cap. 8.*

Columbus autem vicini columbam meam si abducat, tenetur mihi vicinus istam restituere, quia non sua sponte animum mutavit, uti requirit. §. *15. Inst. de R. D.* Sed quasi persuasionibus, ut ita loquar, columbi abducta, hincque impedimentum reversionis, separa enim columbum ab ea, & include eum, videbis eo absente, eam statim pristinum columbarium repetere, nisi fortè longum tempus fuerit præterlapsum, hinc apparet nondum mutasse animum, & in tali casu comparatur mansuetis animalibus, quæ ubicunque sunt, manent dominorum. §. *16. Inst. de R. D.* Müller. *d. tr. cap. 3. th. 4.*

Harum avium & in Sacro Codice sæpissimè fit mentio. Et SPIRITUS SANCTUS Ipse in Baptismo

ptiſmo CHRISTI tanquàm teſtis in forma Columbæ apparuit, & deſcendit Matth. III. 15. 16. Marc. I. 19. Luc. III. 22. Joh. I. 32. In celeritate pennarum ſita eſt ſalus columbæ adverſus accipitrem aliâs:

Quàm facilè accipiter Saxo ſacer ales ab alto,
Conſequitur pennis ſublimem in urbe columbam,
Comprenſamque tenet pedibusque eviſcerat uncis.
Tum cruor & vulſæ labuntur ab æthere plumæ.

vid. P. Virgil. Maron. *Lib. XI. Æneid. verſ. 721.*

Inde David etiam exoptat ſibi alas non *Aquilæ*, non *Vulturis*, ſed *Columbarum*, ut celeri fuga ſe ex imminenti periculo ſubducat; Cur verò alas columbæ aliarum avium præferat, ad Pſal. LV. 7. intrepres Falkut Wolffgang. Franz. *Hiſtor. animal. cap. 15.* hanc rationem reddit, quia reliquæ aves volando defatigatæ ſupra arborem aut petram fugiant, & reſidere ſoleant, & ita capiantur ab avibus rapacibus; ſed columbæ, ſi ſint feſſæ, alarum unam comprimant, & claudant, alteraque volitent, ſicque evadant. *Sie verbergen ſich vor den Habichten in den Steinritzen, und wohnen darum gern an den Waſſern.*

Avis magnæ itidem temperantiæ eſt, quod columbâ amiſsâ thori conſorte, vitam deinde viduam vivat. vid. Voſſ. *fol. 1198. d. tr.* De quarum caſtitate add. Plin. *lib. 10. cap. 34.* Horum autem ſtercus eſt optimum, cum ſit calidiſſimum, ac fermentare poſſit terram, teſte experientia, vid. Plin. *in hiſtor. animal. lib. 17. cap. 9.* Cato *de R. P. cap. 36.* Dociles autem ſunt, ita Belgæ ob-

ſeſſi

ſeſſi ab Hyſpanis filo ligabant cartas columbæ ad alas columbarum, quas apportaverant ex aliis urbibus, quæ demiſſæ, ac propria columbaria repetentes tabularium egerunt, & exemplum circuratarum Columbarum egregium eſt apud Thuanum de *Harmelenſibus*, cum à Duce *Albano* obſiderentur, docuerunt illi columbas, ut evolarent in *claſſem Ducis Auriaci*, & de ſtatu ſuo appenderunt literas, ita ut *Hiſpanus* ad urbem neſciret, unde de ſtatu *Harmelenſium* tàm accuratè Auriaco conſtare poſſet, donec Hiſpani fraudem obſervarunt, ubi in columbas ſævitum eſt.

Ita in obſidione *Leudenſi* anno 1574. obſeſſis civibus vicem tabulariorum ad *Delfenſes*, pariter præſtiterunt, ad cujus rei memoriam exuvias columbarum in Curia diu fuiſſe reſervatas Dietericus refert *antiq. Bibl. part. 3. pag. 55.* Exempla alia in bellis miſſarum, & per clamorem exercitus delapſarum, vide apud Camerarium *in horis ſucceſſiv. c. 77.* Tabellio. *lib. 6. cap. 6.* add. Müller *d. tr. cap. 2, th. 2.* De quarum docilitate etiam conſtat ex *Pandectis divinis*: Geneſ. VIII. Ubi *Noa*, ſiccatis poſt diluvium terris, columba uſus, ad cognoſcendum illum Cataclyſmum univerſalem, quæ intra arcam redibat, dum non poterat in aquarum volubilitate invenire, ubi requieſceret pes ejus, ferens ore ſuo olivæ ramuſculum, tanquàm ſignum ceſſantis diluvii, & pacis factæ inter Deum & homines, communem, adeoque totius orbis tranquillitatem, finemque illius terricæ tempeſtatis nunciabat. Emiſit quidem etiam *corvum* ex arca, ſed

non rediit. Ridiculus autem est in *tr. suo de Aviario Juris cap. 6. num. 4.* Stephanus Forcatus Scriptor Gallicus, ubi dicit, Noachum potuisse corvum actione mandati compellare, quod nuntium susceperit, & non redierit, fortasse ille potuisset ejus advocatus esse, si illo tempore vixisset.

De columbis etiam habet responsum Beatus, qui collegit responsa veterum Jureconsultorum *Lips. tit. 17.* Licet autem cuilibet, qui in possessione habet, alere columbas, sed si noxas faciunt, ipse læsum indemnem præstet, per longè firmata à laud. Müller. *d. tr. cap. 3. th. 5.* contra alios dissentientes. Qui inter alia argumenta adducunt, columbarum victum innocentem esse, & quicquid damni in vicinorum agris à columbis inferatur, id cum utilitate iterum compensari, quam in stercore columbarum agris utilissimo, & in comméstione vermium, & frugum noxiorum ponunt, cum quibus sentit B. Stryk. *in Disp. ad Jus Lubeccense vol. 2. Disp. 19. cap. 12. num. 36.*

Verùm, si hoc esset, quid opus fuisset ordinationibus, inprimis ordinatione Ducat. Würtemb. de ao. 1589. *art. 8. f. 228. §. 4.* ubi dispositum invenitur: *Daß ein jeder seine Tauben in denen drey Saaten allwegen 3. Wochen einsperren soll, bey Gebott eines Pfunds und 5. Schilling Hellers, davon die 5. Schilling dem Schitzen gehœren sollen, auff solches ein Auffsehen zu haben, und das Gebott einzubringen.* addat. omninò Gœswenus ab Esbach, ad Carpzovii *Jur. Prud. For.* *part.*

part. 4. constit. 36. definitione 5. In terris Galliæ jus columbaria extruendi in Emphyteusin,seu feudum concessum, ac ita præter *Superiorem* nemini columbas habere permissum, nisi ex Speciali concessione; sic curia gallica, columbarum, earumque cellularum cavatarum definiit numerum, secundum quantitatem prædiorum confinium, ex quibus facilè enutrirentur, Zeüler. *centur. 4. Epist. pag. 484.* Apud *Hollandos* in agro *Delfinsi* placito *ordinum* etiam interdictum, ne quis columbas alat, nisi qui 12. jugera possidet. Constitutâ in transgressores certâ pœnâ. Gerhard. Feldmannus *de inclusione animalium.*

In *Germania* tamen ferè indistinctè columbas habere licet, modo ea, quæ sunt consuetudinis, observentur. Müller. *d. loc. c. 3. th. 1.* add. omninò Fritsch. *de Corp. Jur. Venat. Forest. tract. 1. quæst. 7. num. 5.* Struv. *in Synt. Jur. Civ. exerc. 41. th. 17.* & *in Jur. Prud. For. lib. 2. tit. 1. aphoris. 21.* Columbæ autem in campum evolantes, non fiunt communes, Müller. *in d. dissert. cap. 3. th. 2. & 6.* nisi animum redeundi deposuerint, tamdiu enim columba Domini manet, quamdiu potest recuperari per *l. 44. ff. d. A. R. D.* Unde si accipiter ex area, vel agro columbam sustulerit, vicinus autem videns surripuit eam, vel per clamorem, vel per alium modum ex ore istius, is tenetur restituere istam priori domino. Müller. *d. loc. An autem etiam alter alteri illas impune auferre possit & includere?* hic probè *distinguendum* inter varia columbarum genera. Sunt enim vel feræ, quæ in sylvis degunt,

vel mansuefactæ, vel mansuetæ. De *feris* verum, quod capi possint, *per* §. *12. Inst. de R. D.* mansuefactæ autem tamdiu nostræ manent, quamdiu consuetudinem revertendi non deposuerunt. *per §. 15. Inst. de R. D. lex. 5. ff. de A. R. D.* Et hinc qui eas ceperit, aut inescaverit, furti crimen committit. *lex. 37. ff. de furtis. lex. 8. §. 1. ff. familiæ hesc. Colleg. Jur. Arg. de A. R. D. th. 12.* Müller. *d. loc. th. 3.* & alter optimo jure agere potest, non solùm, ut columbas detentas restituat, sed duplo plures, pro unâ scilicet tres, & ita porrò. Addita insimul à Judice pœna arbitraria *arg. d. legis 37. de furtis* Müller. *in d. diss. th. 4. c. 3.* Quando verò quis ceperit columbas alienas in suo, potest pœnitere, & non tenebitur, eas statim relaxando L. Müll. *d. loc.* Est dehinc error vulgi, captas columbas vel lytro aliquo esse redimendas, vel licitè retineri posse, nisi saltim, ut quibusdam locis obtinet, columbaria statuto prohibeantur. Hahnius ad Wesenbec. *tit. furt. num. 1.*

Quodsi si fortè columbæ ad meum *Columbarium* perveniant, ad id non possum à Domino compelli, ut illas expellam, aut permittam, ut ille in meo capiat, quoniam quasi libertati harum est relictum, utrum Dominum eligere velint, ut seu fugitivæ à quovis vindicari nequeant, nec ad exhibendum agi possit, nisi contra detentorem vel dolosè allicientem *arg. d. §. 15. Inst. de R. D.*

De *mansuetis* verò hoc juris Domino est relictum, ut intra triennium à quovis detentore repeti possit, instar gallinarum anserumque mansueta-

suetarum, quarum dominium non ex revertendi consuetudine dependet, sed ex arbitrio ipsius Domini prioris, qui illas capere & auferre potest in alieno, *per* §. *16. Inst. de R. D.* B. Stryk. *in d. diss. cap. 4. d. loc.*

De cætero oculi columbarum casti, & amabiles sunt, tantæque dignitatis, ut sponsi cœlestis oculi, cum earum conferantur ocellis, in Cantic. Cantic. V. 12. Prosperus Rosett in Cantic. Cantic. LXVIII. & de certo osculi genere, à columbis orto, quod nempe collisione linguarum ludebant, testimonia adducit. Saub. de Sacr. Vet. *pag. 595.* Apposite Ovid. *De arte amandi. lib. 21.*

Quæ modo pugnarunt, jungunt sua rostra columbæ,
Quarum blanditias, herbaque murmur habent.

Quod autem destituantur bile, uti vult Franzius *in histor. animal. cap. 15. pag. 461.* falsum est. Unde Arist. *in hist. animal. lib. 2. cap. 15.* dicit: *Columba non quidem omni felle caret, sed non habet fel ita copiosum, uti alia animalia.* Item Ecclesia comparatur Columbæ, Cantic. IV. 1. VI. 8. Quorum simplicitatem etiam commendat *SERVATOR*, ut in malitia simus simplices prout *Columbæ*, in bono verò opere prudentes, ut *Serpentes.* Matth. X. 16.

Es vergleicht auch das hohe Lied Salomons die Christen den Tauben in den Steinritzen am V. 17. *welches die Natur-Kündiger also außlegen, daß sich die Tauben vor den Habichten in die Steinritzen ver-*

 bergen,

bergen, und wohnen darum gern an den Wassern, dann wann sie aufs Wasser sehen, koennen sie den Schatten Ihres Feindes bald im Wasser sehen, und in Ihre Loecher sich verbergen. Also verbergen sich die Christen in die Wunden des HERRN vor dem Teuffel, und all seinem Werckzeug, und sitzen gern an dem frischen Wasser des Worts GOTTES. Ps. XXIII. 1. *Da koennen sie die List des Teuffels auch erkennen lernen, und sich vor Ihm hüten. ARND in seiner Postilla ad Evang.* Matth. VIII. *fol. 220.*

Coronidis loco addimus nodum *Gordium*, quem enarrat Dn. Harsdœrffer. *in seinem grossen Schauplasz Lust-und lehrreichen Geschichten tit. 20. p. 382.* Idem Besold. *in thesaur. pract.* adauctus à Dietrico sub voce *Tauben.*

Ihrer Drey mit grossen Hauben,
Hatten drey gebratene Tauben,
Jeder aß die sein in Ruh,
Und pflegt auch den Trunck zu lieben,
Aber sagt wie geht es zu,
Daß zwey Tauben überbleiben?
Wer diß Retzel kan errathen,
Dem wird man vier Tauben braten.

Quod solve sc. *Sie assen zusammen an einer Taub, ein jeder die seine, weil sie solche unzerscheidenlich, wie die andere 2. überbliebene, besessen.* Plura qui de columbis desiderat, vid. Zæbollam *de Servit. Urbanorum prædiorum cap. 77.* Virgil. Pingizer. *qu. 56. num. 1. & seqq.*

Thes.

Thes. VI.

Apes autem melliferæ huc etiam pertinent, quæ anumerantur volucribus, *in* §. *14. Inst. de R. D. l. 5.* §. *23. de A. R. D.* Quarum naturas eleganter expressit Virgil. *l. 4.* Georg. *pag. 263. seq.* quo studio brevitatis nos remittimus.

Et quanta in eis præluceat prudentia architectonica, cum alveare illuunt tinctorio, idque faciunt ex herbis amœnis, de eo vid. Voss. *in d. tr. l. 4. c. 72. f. 1551.* Ubi etiam de eorum Regimine elegantia tradit, add. de eorum visu & odore *f. 1549. l. 41.* aculeum autem eis natura dedit ventri consertum: Aristot. *lib. 9. histor. animal. cap. 40.* infesti autem apium aculei tenues adeò sunt, ut visu percipi vix possint, quia autem infixi carnibus sic hærent firmiter, ut apes subitò avolantes, illos revocare nequeant, sed intestini partem relinquant cum ictu injecto, quoniam sine intestini eruptione aculeus eximi non potest, unde languescere incipiunt, tandemque moriuntur. vid. Schifletius *in Anastasi Huldrici Regis. pag. 324.*

Apum autem Regi negant inesse aculeum, sed armari satis ipsa Majestate, quæ secreta natura rerum, vel ut religiosius loquar, opifex Naturæ, Deus, declarat, iis, qui imperio & dignitate multum possunt, pollentque, minimos ad nocendum vires adesse oportere vid. omninò Schifletius *d. loc. pag. 173.* Ammianus. *lib. 17. pag. 92.* Regi autem suo alimentis prospiciunt; conferatur Martius, *dec. 3. qu. 6. num. 37.*

Quantum autem *mel* dulce (quod Plinius *lib. 11. cap. 12. num. 14.* vocat divinum nectar, sudorem cœli, & quandam Syderum salivam, alioque loco rores melleos, è cœlo cadentes dixit. add. Voss. *d. tr. cap. 49. lib. 4. fol. 1577.*) æstimetur, exinde etiam judicare licebit. Quod à Deo populo Jsraëlitico Terra Canaan, ob abundantem seu amplissimam mellis & lactis copiam singulariter prædicetur. Genes. III. 8. 17. add. Num. XIII. 28. Num. XV. 8. indigitante sub voce *mellis*, omne id, quod delectat, in voce *lactis* verò, omne ad vitam necessarium.

Hujus tamen nimius usus in sacris improbatur in Prov. Salom. XXV. 27. ibi, *wer zu viel Honig isst, das ist nicht gut.* add. Syrach. III. 22.

Dignoscunt autem, attendentium admiratione, viam, qua pascent ex florida camporum planitie, per duo seu quatuor milliaria alveare suum. Præterea floris aut herbæ, qua magis gaudeant, delectum instituunt, ergò & gustu valent. Bacco de Verulam. *in Sylva Sylvarum. cent. 7. fol. 568.* Num autem sine concubitu pariant? de eo vid. Voss. *d. tr. lib. 4. cap. 68. fol. 1530. & seq.* Num universæ, an Rex solus semen genitale fundat? item quo pacto, & quo ordine apis gignatur? de eo pariter vid. L. Voss. *d. loc.* Cur magis vorent mel, si ereptum id eamus? idem *dict. loc. fol 1541.* Et quod iis sit odoratus instrumentum *pag. 1548. seqq.* De prudentia in fabricando alveari, deque tota earum politia *fol. 1550. & seq.* Ut & de solertia earum in labore & quiete

quiete *fol. 1555.* De munditiei studio *fol. 1556.* de examine earum à *Samsone* reperto in cadavere Leonis *d. loc. fol. 1557.* Apes autem ipsæ, & si tot bona dent, stimulis tamen suis abundè etiam molestiæ homini facessunt, cui non parcunt, quod multi suo discunt damno, qui imprudentius alvearia accedunt, Morsus earum sentientes: quos experta est Illa *Rosilis*, in cujus gratiam. Dn. Hoffmann à Waldau *in seinen galanten Gedichten. fol. 3.* composuit seq.

SONNET:

Die zarte Rosilis mein innigstes Verlangen,
Gieng gestern in das Feld, wo Beydes Thal und hœh.
Mit tausend Lilien, und mit dem süssen Klee
Der alles lustig macht, gleich schœnsten Gærten prangen,
In dem Sie aber kaum ein wenig fortgegangen
Und ihren Geist erquickt, so schreyt sie plœtzlich weh!
Und spricht: Ach! Himmel hilff, indem ich sonst vergeh;
Dann eine Biene saß auf ihren Purpur Wangen.
Ach! Schœnste, klage nur diß werthe Thier nicht an,
Als hætt es dir dardurch viel Unrecht angethan,
Indem es sich erkühnt, dich voller Brunst zu küssen.
Sein Stachel kam dir zwar vollkommnes Kind zu nah,
Indem er dich verletzt, doch soltu eben wissen.
Daß er dein Angesicht vor eine Blum ansah.

Evolant etiam agminatim ad quærendas novas sedes, quod examen dehinc est nova illa apium progenies ad inquirendas novas sedes è mellario extrusa. Petrus Müll. *in diss. de Jure apum, von Bieh-*

Biehnen Recht cap. 12. th. 7. Illæ verò apes manent nostræ, quatenus in conspectu nostro sunt, & facilis persecutio manet, *d. §. 14. de R. D.* vid. B. D. Cancell. Osiander ad Grotium *lib. 2. cap. 8. ad thes. 3. pag. 843. & 847*

Et hodie, si quis sonitu seu clangore pelvis facto examen apum in vicino horto vel fundo persequitur, eo ipso contestatur, se istius examinis dominum esse, nec hoc in casu fas est, Domino fundi, in cujus arbore apes nostræ consederunt, nos ingressu & occupatione prohibere, modo exinde in eum nullum redundet damnum *arg. l. 2. ff. de aqua pluvia arcenda l. 38. ff. de rei vindicat.* Tabor. *ad Coll. I. A. tit. de A. R. D. th. 22.* Ubi una monet hac in re, quid quocunque in loco consuetudinis sit, diligenter attendi debere cum Schneidewino & Rebhanio *§. 14. Inst. de R. D.* Add. Fritsch. *in corp. Jur. venat. Forest. in lib. 15. pag. 699.* Schilter. *45. 13.*

Et aliâs licet apes à Domino nondum inclusas aut occupatas auferre, & intercipere ab alterius fundo, quoniam apum fera est natura *l. 5. §. 2. de A. R. D. §. 14. de Inst. de R. D.* Non obstante *l. 26. ff. de furtis*, ubi *feras* nominat Jure Consultus, quasi dehinc dentur & contrà distinctæ species mansuetæ, siquidem ratione *soli* ita has distinguit, ubi sunt in silvis, *feras* dicimus, & quæ apud nos domi alveis seu mellariis inclusæ, *mansuefactas*, ut adeò naturâ sint *feræ d. §. 14. & dict. l. 5.*

Nec

Nec hoc desinunt feræ esse, quod ex consuetudine evolare, & revolare soleant, sed hoc solùm tunc operatur, ut accedant ad naturam *mansuetarum*, & non possint ab alio occupari, quamdiu retinent hanc revertendi consuetudinem, vid. §. *15. Inst. de R. D.* Unde furtum in iis committi rectè judicamus, *d. l. 8. §. 1. famil. hercisc.* Struv. *ad Digesta Exerc. 41. th. 17.* Carpzov. *in praxi Criminal. part. 2. qu. 81. num. 51.* add. Fritschius *in suo tr. Domus avium fol. 699.* Quibus furibus pœna arbitraria dictatur, Hahnius ad Wesenbec. *de A. R. D. num. 5.* vid. Berlichius *part. 5. conclus. 50. num. 7. 16. 18.* Crusius *de indiciis delictorum special. part. 3. cap. 13. num. 11.* Ubi etiam de furto *mellis* & *favi*, ita dicti, quod in hoc sobolem foveant, idem tradit: add. Carpz. *in J. P. F. part. 4. Constit. 36. defin. 1. & 4.* ibique Gœswenus ab Esbach. Krebs *tr. de ligno & lapide part 1. class. 4. sect. 1. à §. 1. usque ad §. 10. inclusive.* Ubi in *seqq. §. 11.* de bombicibus ac *serico*, quod ex voiliculis arborum depectunt, quærit, *num fructibus arborum accenseantur?* Nec sequitur hortus meus est, ergò etiam apes in horto meo commorantes meæ sunt, non secus, ac si illas volucres meas dicere vellem, quæ in arbore meo nidum fecerunt, §. *14. in Inst. de R. D.* B. Stryk. *dissert. de damno rebus alienis licitè illato. cap. 5. pag. 66. num. 20. & seqq.* vid. tamen Schilter. *exercit. ad pandectas 45. th. 13.* *Speculum Suev. 45. §. 3.*

Quid si verò Dominus ingredientem prohibuerit ne ingrediatur, vid. l. 5. §. 4. de A. R. D. tamen

apes

apes captæ adhuc fiunt ingredientis, seu capientis, *d.* §. *14.* reservatâ saltem domino actione injuriarum. *l. 13.* §. *fin. ff. de injuriis l. 5.* §. *1.. ff. de A. R. D.* post Philipp. *in usu pr. l. 1. Exer. 20. n. 8.* laud. Stryk. *d. loc.* ubi nec obstare putat, quòd Dominus prohibens sciverit, apes, seu examen, id est universitatem apium in suo horto esse, cùm scientia sola, & animus, neminem faciat possessorem, §. *5. J. de interdict.* vid. tamen *elegans diss.* Quintiliani *declam. 13.* sed *corporalis apprehensio* accedere debeat, quæ hoc casu per *signaturam* arboris fieri soleat. Imò saltem *oculis & aspectu* illam apprehensionem fieri posse, putat. *ob. l. 1.* §. *21. ff. de acquir. possess. l. 79. ff. de solut. scil.* Siquis solus sit, qui vidit apes in arbore, & ita præsens constituerit rem possidere, illumque animum declaraverit, aliàs dictos textus propriè loqui, monet de re ab altero in alterum transferenda, ubi oculi *longa manus* vicem sustineant. *d. l. 79.* Non tamen idem dicendum putat, si duo simul ambulantes rem nullius viderint, ubi possessio, illi soli sit applicanda, qui prior possessionem nactus sit, licet posterius viderit. *l. 1.* §. *1. ff. de acquir. possess.* addat *in tr. de jure sensuum. diss. 1. cap. 3.* §. *33.* quod si examen convolaverit in ramum arboris vicini, qui ramus tamen in fundum prioris Domini propendeat, cui examen adjudicandum; vid. Carpz. *in. P. 3. decis. 295. per tot.*

Quòd autem alii existimant, per sonitum impulsi aris apes quasi retrahi seu revocari, & inde potissimùm hunc pulsum adhiberi: Illud nos in medio relinquimus.

mus, multi tamen Doctorum *auditum sonorum apibus denegant:* quam in rem *sequentia* apprimè huc facientia *tradit.* prælaudatus Harsdœrffer. *in dictis suis colloquiis, in seinen Gesprächen. fol. 27. part. 3. Ob denen Bienen auch das Gehœr zuzumessen, zweifle ich, die es bejahen, schliessen es aus den Thœnen, so man, wann sie schwærmen (auf kupffernen Pfannen schlagend) zu machen pfleget, damit sie beysammen bleiben, und nahe anlegen sollen; Andere aber wollen behaupten, es seye solches ein Gebrauch, um den Nachbar zu wissen zu machen, daß ein Schwarm in der Lufft, und wann selbiger an andere Ort gerathen mœchte, man gewiß wissen kœnne, wem er angehœre: Sagende ferner, daß ein so kleines Thierlein, als das Bienlein ist, kein so starckes Gethœn fassen kœnne. Gleichwie der Lœw den Hahnen nicht ohne Ergrimmung kœnne schreyen hœren, weil die Gehœr-Rœhrer in seinen Ohren viel zu groß, eine so scharpffe und subtile Stimm ohne Erbitterung zu erdulden; Und also seye es auch in dem Widerspiehl mit den Bienen, und dem Thon des Kupffer-Kessels bewandt.*

Das Brummen und Schwærmen der Bienen ist unsern Ohren auch wenig angenehm, und ist sich zu verwundern, daß auch ein so kleines Thierlein einen so starcken und groben Laut solte von sich geben kœnnen. Hususque Harsdœrfferus.

Cæterùm earum alvearia etiam prosunt in obsidionibus adversus hostes, si de maribus in eos mittantur, uti exempla refert Vossius *in d. tr. lib. 4. fol. 1554. & seq.* ex quibus obscurum non esse dicit, Ecclesiæ hostes scite apibus iratis conferri,

Devt.

Devt. I. 44. add. Pſal. 117. ſive Hebr. XVIII. Intereæ ſæpe aculeo infixo ipſæ moriuntur apes. Voſſ. *d. tr. fol. 1555.*

Apes autem in totum amiſſas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis tradit laud. naturæ bibliothecarius Plin. *lib. 2. cap. 20.* & naſci apes partim ex apibus, partem ex bubulo corpore putrefacto, tradit ſcientiſſimus Galenus. *lib. de animali quod eſt in utero lib. 5.* add. Jacob. Schifletius *in Anaſtaſi Childrici I. Francorum Regis, cap. 11. pag. 155. & ſeqq.*

Theſ. VII.

Cæterum quæ animalia pro feris habenda ſint, in unum faſciculum comprehendit Gloſſa *Jur. Saxon. tit. 4. l. 2. n. 4. daſſ nehmlich alles wilder Natur ſeye, das man nicht unter dem Hirten Hüthen mœg.* Colleg. Jurid. Argentorat. *d. tit. 41. P. d. loc.*

De volatilium autem varietate inſpiciatur pluribus Dn. Joh. Burckhard. Profeſſor Baſilienſis *diſſ. de aucupio th. 7.* Colerus *in ſua Oeconomia lib. 15. cap. 1. cum mult. ſeqq.* Noë Meurer *von Jagt und Forſtrecht. p. 33. fol. 55. & ſeqq.* Wehner. *voc. Vogelvveid.* Gœden. *conſil. 76.*

Objectum autem furti leges conſtituunt quoque *animal ferum demortuum*, ſive ex vulneratione, ſive ſine ea fuerit mortuum, *ſelbſt gefallen Wildbrett.* Müller ad Struv. *Ex. ad P. 48. lib. 47. tit. 11. pag. 79.* Item fœtus, tenera ſcilicet animalia in lucem modo edita, & pulli excluſi, lepus

pus aliudue animal infirmius lupo ereptum, si nimirum non illi, cui debet, deferatur. Et huc etiam pertinent animalia per tendicula, laqueos, retia capta, si quis ea aufert. vid. B. Dn. Stryke *d. loc.* ubi etiam huc refert feras à Principibus *notatas*, de quo nos jam alibi.

Quod aves autem sint oviparæ, id commune habent cum piscibus, utrisque ideò major est fœcunditas quàm quadrupedibus, ova enim facilius in utero augentur numero, quàm fœtus, hinc etiam videas apud Mosen, Genes. I. 22. solis dici avibus & piscibus: *crescite* & *multiplicamini*, ob singularem eorum fœcunditatem, quorum etiam est cognatio in eo, scilicet ut pisces pinnis natando secant aquas, ita aves pennis volando secant aëra, ut scite Maro I. *Ænaid. 305.* dixerit, *remigium alarum*. Præterea utraque *mammis* carent: Imò & VESICA, quia excrementum humoris illis in plumas, his in squamas abit. Utrique etiam cauda dirigunt cursum vid. Voss. *d. tr. lib. 3. p. 1551.* Quibus autem temporibus per totum annum aves sint capiendæ vid. Coler. *in sua Oecon. lib. 15. cap. 29. part. 5.*

CAP. VII.

De objecto Venationis aquaticæ.

Thes. I.

TAndem piscationis objectum, sunt aquatilia sive aquatica, quorum alia corio & pilis tegun-

guntur, ut vituli Marini, alia corio tantùm, ut Delphini, alia cortice, ut testudines, alia silicium duritia, ut ostreæ, & conchæ, alia crustis, ut locustæ, alia crustis & spinis, ut *Echini*, alia pelle, ut *anguilla*, eò dicta, quia specie anguem repræsentat, quo pertinet Conger; alia squamis, ut pisces, Sebast. Medices *tractat. de venat. in præfat. num. 32.* Quorum varia sunt genera, de quibus vid. Coler. *in sua Oecon. lib. 16. à cap. 35. usque ad cap. 71.*

De quorum coitu, generatione, esu, ut & eorum sensibus externis, visu, olfactu, tactu, gustu, item sagacitate, forma & appetitu concupiscentiæ, item de eorum figura, & colore, de facultate, quibus præditi, & de partibus corporis destinatis nutritioni, & concoctioni inservientibus, ut & de eorum fœcunditate & duratione, vid. Vossius *lib. 4. d. tr. cap. 2. & 3. item 6. & 7.* Nullum autem longioris vitæ exemplum, quàm quod nunc subjungam de lupo, seu Lucio, *pisce capto anno 1497. in stagno Hailbronnensi*, quem *Fridericus II. Imperator*, *1230.* in eo demerserat, ibi *267. annos* vixerat, *circulo* seu annulo *ex ære Cyprio confecto* circa *COLLUM* ejus *teste*, cujus figuram &, inscriptionem exhibet. laud. B. Crusius *in annal. Suev. lib. 1. pag. 3. pag. 25. quæ* per int pretationem ita *se habet. Ego sum ille piscis, hui stagno omnium primus impositus, per mundi Rectoris Friderici II. manus die V. Octobris. MCCXXX.* Quare cùm caperetur piscis ille, annorum jam fuerit 167. ut non accenseat spatium, quo vixerat, priusquàm stagno eum im-

imponeret *Fridericus.* Voss. *in d. tr. lib. 4. cap. 3. fol. 1287. & seq.*

Piscium autem alii sunt *Marini*, alii *Fluviatiles*, alii *lacustres*, vel *palustres*. Marinorum item vel *pelagii* sunt, spicæ profundioris, vel *saxatiles*, vel *litorales*. *Marinorum* item aliqui etiam ingrediuntur stagna, aliqui subeunt fluvios, idque vel *casu*, si mare exundet, vel ventis agitetur, vel per alveos effossos: vel *consilio*. item vel animo redeundi suo tempore, vel ut omnem illic vitam exigant. Præterea sunt *amphybii*, seu *ancipites*, nunc in aquis, nunc in terra degentes, de quibus infra.

Pisces autem, quemadmodum varia partium figura coloreque, ac corporis magnitudine differunt, ita etiam appellationes receperunt, interdum enim vocem sortiuntur *rei cælestis*, ut stellæ, Lunæ, interdum *quadrupedis*, ut arietis, asini, bovis, canis, capri, Elephanti, Elinacei, felis, Hyænæ, hinnuli, Liurni, Lacerti, Leonis, Leporis, Lupi, Orygis, Ovis, Maris, Mustelæ, Phantheræ, Porci, Simiæ, Vituli, Vulpis, Ursi, interdum *avis*, ut accipitris, Aquilæ, Attagenis, Coliæ, Corvi, Cuculi, Galli, Graculi, Gruis, hirundinis, merulæ, milvi, noctuæ, pari, passeris, pavonis, Phasiani, Psittaci, sturni, turdi, turturis.

Interdum *Piscis notioris*: ut Rhombi, Soleæ, interdum *insectorum*, ut aselli, cicadæ, culicis, grylli, locustæ, muscæ, pediculi, scarabæi, interdum *rei inanimæ*, ut acus, lyræ, patellæ, pectinis, item rotæ Oceani Gaditani, *sic.* (ut Plinius

O lib.

lib. 9. cap. 4. ait) *appellata à similitudine, quaternis distincta radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus.* Item serræ, sphenis, σφυραίνης à figura verus, Xiphiæ, sive gladii, Ζυγαίνης, sive libellæ, à jugi figura.

Nec prætereundi, *formam humanam* exhibentes, de quibus Plinius. *lib. 5. cap. 9.* add. Voss. de his omnibus *d. tr. lib. 4. cap. 5. Colore* etiam differunt, ita Molles ferè omnes sunt albi. Niger est coracinis, ut appellatio indicat, de quibus Voss. *d. loc.* ubi etiam de illis tractat, qui colorem mutant, pro omni tempore; quos inter primus *Polypus.* Aluntur alii, vel aqua, ut mugiles, lepades &c. alii verò muco; ut anguillæ,& tincæ fluviatiles ac palustres. Alii luto, cænoque, alii arena sabuloque, ut funduli. Stercus inter cætera comedunt, mulli, lupi, cancri; Porrò herbis & radicibus vivunt omnes saxatiles, vid. Voss. *d. loc.* Lupi quoque & mulli vermibus pascuntur. Carne piscium vescuntur Polypus, Loligo, Sepia; item curti laginei omnes & cetacei. Voss. *d. loc. cap. 6. p. 1296.* quem etiam vid. de piscium augmento. *cap. 9. lib. 4.* & *cap. 10.* de vi ac robore, quo pisces armavit natura, ad defensionem sui. De occultis autem totius corporis virtutibus vid. *c. 11.* Unde piscis *torpedo* vim habet stupefaciendi laud. Voss. *c. 11.* add. Morhof *de paradoxis n. 327.* sunt præterea è piscibus, qui non tantum natent, sed etiam volent, ut Loligo, vid. Voss. *l. 4. c. 19.*

Inter hos pisces in mari degentes, *balæna* eminet, cujus longitudo communis octoginta, sæpè centum & viginti pedum est, quanquàm

quàm in Indico Oceano nongentorum & ſexaginta pedum conſpectum tradant. Capita tertiam corporis partem conſtituunt; ſupra nares duo rotunda foramina, per quæ aquam attrahunt, & regurgitant; loco oculorum duos prominentes vel tenues nervos, tres ulnas longos, & ſesqui pede latos conſitos habent. Auris untrinque ad tempora exitus longè anguſtior quàm inferius, unde acutiſſime audiunt. Rictus quinque ulnas patet; Labia tàm pinguia & craſſa, ut ſæpè ſexies mille libri laridi exſcindantur; lingua octodecim pedes longa, decem lata, ſupra octingentis parvis magnisque oſſibus, ſetis mollibus veſtitis, ne lædatur, quieſcit. In ventriculo nil niſi pugilli aliquot aranearum, & muſci marini reperitur, vorant etiam piſces, ac in unâ quadraginta afelli majores reperti vid. Deſcriptio Legationis Batavicæ *pag. 116.* Happelius *in part. 1. mundi mirabil. tripartiti cap. 33.* Valentin. *in d. tr. lib. 3. cap. 28.* ubi etiam *de Sperma Ceti*, multum tradit; de eorum autem captura *fol. 478.* ſequentia habet: *Daß es alſo zugehe: So bald die Compagnie, der Grœnlandſahrer, in den groſſen Schiffen eines Wallfiſches gewahr wird, ſo fallen etliche vom Volck in* Chalouppen *oder Nachen, (deren jedes Schiff 3. bey ſich hat) da zu jedwedern 6. Menſchen gehœren, als 1. Steirmann, 1. Harpœnier, ein Leinenſchlieſſer, und 3. die rudern helffen. Dieſe rudern alſo zum Wallfiſch mit 10. Rudern, und unterſchiedlichen Waffen; wann ſie ihme nun nahe genug kommen, daß ſie ihn getrauen zu treffen, ſo wirfft er ihm einen eiſern Wurff-Pfeil*

(den man Harpœn *nennet, und ein Pfeil mit 2. Widerhacken 2. in 3. Schuh lang hat) in den Leib. So bald nun der Fisch getroffen ist, so begiebt sich derselbe wohl 2. biß 300. Klaffter, hinunter in das Meer, weßwegen das Seil, woran der Pfeil angebunden, die Lyne genennet wird, von dem Leineschiesser, fast auf solche Art, wie man die Wein in die Keller lesset, aber viel geschwinder loß gelassen wird. Bald hernach kommt der Fisch wieder hervor, und gibt durch die obere Lufftrœhre eine solche Stimme von sich, daß mans auf eine halbe oder gantze Meil Wegs hœren kan. Alsdann fahren alle 3.* Chalouppen *wieder auf ihn zu, und die Lyne, daran der Fisch fest ist, weißt ihnen den Weg. Welcher nun am ersten herzu kommt, schiesset ihm wieder ein* Harpœn *in den Leib, worauf das Thier wieder unter gehet, wann es nun zum drittenmahl hervor kommt, geben sie ihm keine* Harpœn *mehr, sondern stossen ihm die Rensen, oder Stoßeisen wie Schweinspieß offt in Leib, welche doch nicht darinn stecken bleiben, weilen sie keine Widerhacken haben. Wann er nun durch viele Wunden gantz ermüdet ist, so fahren sie mit den Stoßeisen gar in den Leib, biß sie ein Haupt und vornehm* Viscus *treffen, welches daran erkennet wird, wann nehmlich das Blut aus den Lufftrœhren, wie ein Strom hervor schiesset, und der Fisch sich vollends zu Tod wütet, auch mit seinen Schwantz und Finnen also von sich schmeisset, daß es auf eine halbe Meil Wegs zu hœren, und wie ein groß Stück Geschütz so loß gebrennet wird, donnern soll; welches alles*

so

ſo curieus *anzuſehen ſeye, daß man ſich nicht ſatt genug ſoll ſehen kœnnen, vvie Schurzius alles noch vveitlæuffiger in ſeiner neu eingerichten Material-Kammer. p. 98. Bericht und erzehlet.* add. *pars ult. Legat. Batavic.* ad magnum Tartariæ Chamum. *fol. 117.* ibi: *Balenæ ita capiuntur. Deprehenſa in mari Balæna Scapham, cujus proræ HARPONIERUS (ita vocant Belgæ) inſiſtit, expediunt. Jaculator jaculum ſuum in Balænæ caput adigit. Ferrum ejus tres pedes longum, acutum, & uncinatum longo fune ducentarum ferè orgyarum alligatum eſt. Piſcis ictus profundo mergitur, fune ſequente. Si profundius deſcendat, quàm funis longus eſt, dimittitur ex manibus, ne ſcapha evertatur. Interdum extremo funi inane vas alligant, quod aquæ innatans, vel ex ea emergens Balænam oſtendit; nonnunquàm Balæna etiam hoc vas cum fune in profundum abripit. Vulnere paulatim debilitata emergit, & ſi vivat adhuc, lanceis porrò confoditur, ſed maximo cum periculo; quippe pinnis ſuis, & cauda mare horribiliter verberat, ut undæ ſpumis ingentibus albeſcant, & ſcaphæ ſubmerſioni expoſitæ ſint. Ex mortuo ad littus laridum cultris exſcinditur, ac in oleum excoquitur: reliquum cadaver in mare abjicitur, cui inſidentes lari illud depaſcuntur, & dum natat, Balænam vivam procul ſpectantibus exhibere videtur.*

Formidat autem inprimis *Xiphiam*, qui ſuo acutiſſimo gladio ſerrato, ventri Balænæ exitium molitur, inde rictum ejus ſubiens linguam devorat, cui rei fidem faciunt, multæ Balænæ mortuæ, quarum lingua furacibus morſibus eſt avulſa.

add. Valentin. *d. loc. & cap. 33. fol. 488. in dict. alleg. Legat. Batav. d. loc.*

Pisces autem non in *mari*, sed in *amni* degentes itidem sunt varii. Ut Thymallus, Perca, Lucius, Mustela Fluviatilis, Pagni, Truttæ, Lanius, Barbus, Funduli, Aschiæ, Bdællæ, Gobii Fluviatiles, Capitales, Gobiones Fluviatiles, Schmerlin, Columbi Fluviatiles & Aculeati, Tincæ, Lacerti, Saximordi & mordi lapides, Carpæ Eloxes, Hannigæ, Alosæ, Brussini, Alburnii Rubelli, Sturiones, item Piscis Silurus. Ex Rheno & Danubio Salmones, de quorum saltu in fluminis Tivii ad Kilganarum, ex alto lapsu in Anglia, B. Lansius in Orat. pro Britan. *fol. 525.* Barbi, Murenæ, Lampridæ leves, Mustelæ, rutili, Aselli, merulæ lacustres, & alia multa genera, quis omnia enumeraret? de quibus vid. Coler. *in sua Oecon. cap. 35. usque ad cap. 71.*

Lacustres & Palustres autem sunt, Liparis, anguillæ quædam, picus, aquo. Salmo, carpio Binaci. De quibus vid. Voss. *in d. tr. lib. 4. cap. 31.* quæ species omnes sunt feræ naturæ; fiunt autem *capientium* æquè sive in *mari*, aqua omnium hominum usui communi, sive in *Fluminibus*, alieno stagno & Lacu, torrente, vallibus aquosis capiantur. *l. 13. §. ult. ff. de injur. l. 3. §. 14. ff. de aquir. possess.* vid. Aut. Matth. *ad §. 12. ff. de R. D. num. 27.*

Nisi diversum alibi *introductum* sit; prout moribus hodiernis piscatio in Fluminibus publicis, ejusque reditus, captura piscium etiam *Salmo-*

num

num ad Principes, cujus Ditione continentur, spectat, post Gryphiandrum *de Insula cap. 12.* Excell. Dn. Collegæ Dr. Schweder *in J. P. sect. 2. num. 10.* & Dr. Grass. *in dissert. de libert. flumin. public. hodienum relicta.* Besold. *in thes. pract voce Fischerey.* Myler ab Ehrenbach. *tr. de princip. & statib. Imp. p. 2. cap. 66. num. 10.* B. Stryke *de jure Cataractarum cap. 2. §. 11.*

Reperiuntur tamen passim Collegia Piscatorum, quibus pro certa annua pensione concessum est piscari in Fluminibus, conferatur *die F. W. Fisch Ordnung* Schwanemann. *in process. Cameral. p. 1. cap. 12.*

Cujus generis *ordinationes* sequentia ferè solent continere *capita.* 1.) nequis retibus nimis arctè contextis pisciculos minimos extrahat ex flumine, præprimis, si quis partialis tantum ejus sit dominus. 2.) Ne piscatio temerè instituatur eo tempore, quo ova parere solent pisces, aut minimum ne hamo eruantur ac auferantur, ova piscium: 3.) interdictum est alicubi, ne quis fluvium solo adæquet, *das Schützen und Ausschœpffen der Brut*: 4.) ut statis tantum diebus piscatio concedatur. 5.) Ut pisculi in fontes fortè fortuna extracti reponantur in fluvium, ut adultiores facti pinguius afferant commodum. 6.) Ne lina macerentur in fluviis, aut rasura lignorum sectorum, Boy, Spœn, in fluvium immittantur utrumque nempe noxium piscibus censetur vid. Illustriss. Dn. à Seckendorff. *p. 3. cap. 3. reg. 6. num. 4.* nonnunquam Piscatores aureo hamo piscantur,

 &

& aliud quid pretiosius extrahunt, quàm pisces, vid. *De monumento Genevæ* in Rhodano reperto à piscatoribus, Professor humanitatis Mirantoli *in duabus dissert. academicis*, Mercure Gant. *Mense april. 1679. p. 222.* add. B. Stryk. *in volum. 4. disput. disput. de event. cap. 3. num. 94. & seqq.* ubi quærit, *cui acquirantur talia pretiosa, an piscatori, an vero emptori jacturæ retis?* add. Brunnem. *ad l. 8. de contrahenda emptione.*

Thes. II.

Quæstio autem illa, *an mare sit commune?* maximè exercuit *Anglos* & *Batavos*, nota enim est præterita illa controversia calamis & armis magna, de *captura Harengarum* inter illos, solis ferè Batavis hoc jus sibi vindicantibus, quam describit Author Anonymus, sed est *Becmannus*, quondam *Academiæ viadrinæ* Professor longè celeberrimus, in *historia orbis terrarum*, & hujus piscationis gratia integrum *tractatum* pro *Hollandis* scripsit. Hugo Grotius, quem inscripsit, *de mari libero*; cujus sententia hæc est: Navem per mare transeuntem non plus juris quàm vestigii relinquere, nullamque maris partem in territorio populi alicujus posse censeri *in c. 5. d. tr.* quare cum plusculum dedisset amori patriæ, postea remissius acturus, sustinuit mare sumptum aut sub ratione integri, aut sub ratione præcipuarum partium in proprium jus abire non posse. *l. 2. de I. B. & P. cap. 2. num. 3.* sed ut ille hic fluctuat, & quoque inter Imperium & Dominium maris distinguit *ead.*

ead. l. cap. 3. num. 13. ita huic se pro *Anglis* objecit *Seldenus*, qui perspicuè ex Principiis Geographicis demonstravit, de mari clauso *lib. 1.* mare capax esse Dominii: Libro altero Maria passim *actu* in ditione principum: & Rerum publicarum esse: *Belgis* tamen facilè concedens illis in locis *piscatum*, ubi earum larga esset copia. *in tr. de mari clauso.* de quarum compositione pax inter Britannos Belgasque inita docere potest. in *Diario Europæo pag. 12. in fin. In communi ita deciditur*; quòd *oceanus* ille *vastus*, & *Mare magnum hodiernum sit commune*, secundum quosdam usus homini cum bestiis communes, uti est usus *lavandi*, *aquas hauriendi*, fortè & *capiendi pisces*; & cum iniquitate conjunctum fore dicunt, siquis eum sibi soli in universum, aut pauci per partes, exclusis reliquis, velint asserere, quos interest. Pufendorff. *in Elem. I. pr. Univ. l. 1. def. 5. §. 9. pag. 24. & de offic. hom. & Civ. XII. §. 4. pag. 181.* Ubi apertè etiam vastum Oceanum inter ea refert, quæ in primæva communione debuerunt subsistere, repetitis *rationibus de usu ejus inexhausto*, qui omnibus sit sufficiens, citra ullam culturam & quod ejus custodia uni populo *moraliter* sit impossibilis, & occupatio non procedat, nisi in re determinatâ, mare autem nullos terminos agnoscere. Confer. Vitriarius. *L. II. qu. 14. pag. 78. Et de jure Cataractarum cap. 4. §. 8.* sed *illud Mare, quod ex utraque parte alluit terram*, non esse *commune*, secundum jus Gentium, sed ratione *Jurisdictionis*, *subesse ei, qui occupavit.* Secundùm

usus verò communes homini cum bestiis dicatur commune, ratione scil. usus, non ratione proprietatis, sicque Maria *particularia* sola, ut freta, non excludere occupationem, adeoque nec acquisitionem. Ita tale jus asserit sibi Hispanus in Mare Tyrrenum, in Oceanum Britannicum, Rex Magnæ Brittaniæ; sed & Reges Septentrionis in Oceanum & Hellespontum Balthicum, Genuenses in Ligusticum, Veneti in Mare Adriaticum; Inde Dux Venetus, quot annis in Festo Ascensionis CHRISTI, duo illa Castella ad ingressum sinus sibi invicem opposita prætervectus *Bucentauro*, annulum in mare projicit, in argumentum dominationis. quam hâc arrhâ Senatus Venetus sibi despondet. Uti ipse hoc vidi. videatur B. Stryk. *diss. de jure Navium cap. 2.* Johannes Strauchius autem *in pecul. dissert.* de dominio Maris etiam Oceanum proprietatis esse capacem defendit. Cùm nulla ratio satis idonea afferri possit, cur à cæteris rebus homini ab *Optimo Maximo Creatore* mancipio datis, hoc debeat eximi, Concessum enim *Adamo* dominium esse, æquè in pisces maris, ac in animantia terræ; Hinc si hodie adhuc populi diversi illud in partes occupare vellent, & ita dominium sibi in illud acquirere, optimè id omninò possent facere, modò non negligant officia *humanitatis*, licet enim ab uno populo non possit custodiri, possit tamen à multis, quid si occupetur, ut terra vasta, omniumque usum pariter explere potens, & cuique populo certa quædam assignetur portio, quam optimè custodiri potest, in-

inexhausta autem alicujus rei sufficientia, & abundantia *proprietati* adeò non repugnat, ut invertenda potius sit propositio. Quia tantæ magnitudinis res est, ut ad omnes usus sufficiens sit, eò facilius illa poterit per partes occupari, citra cujusquam injuriam, quia semper tantum adhuc superest, quantum aliorum usibus satis sit; Etiam candela tanti est splendoris, ut pluribus ea sufficere, & ex qua aliæ etiam accendi possint, & nihilominus tamen mea est, etiam fatente Grotio *l. 2. cap. 2. §. 12.* aqua profluens omnibus patere debet, & tamen est in dominio populi. *vid. §. 5. I. de R. D. vid. in. Nov. 56. & auth. navigia C. de furt.* add. Cornigius de *dominio maris*, nec *usus maris* quoad *omnia* est inexhaustus, quoad, verbi gratiâ, *inventionem* pretiosorum, gemmarum, Margaritarum, succinorum, quæ tanquam fœtus maris ejiciuntur *§. 18. t. de R. D. l. 1. §. 1. de A. v. A. P.*

Falsum etiam est, *Mare carere terminis*, cùm *terminos* habeat, partim *naturales*, puta, scopulos, brevia, Promontoria, Insulas, quæ eminent ex mari. Imo etiam *littora*, Ezech. XXVII. III. partim etiam *artificiales*, ut sunt diversi gradus longitudinis, & latitudinis lineæ Mathematicæ. *Hos* autem (*alienos*) *terminos* sufficere ad Dominium; patet ex eo, quia aliâs nullum liquidum posset esse in dominio, cum careat terminis propriis, & mari non posse infigi limites, Gronvvellus jam tùm diluit, cùm, pacificatione Anglo Belgica, anno 1654. Belgas intra decem à littoribus Angli-

glicanis milliaria abesse juberet. Unde si milliaria in mari determinari possint; certè nec limites planè respuet, præsertim cùm & Nautæ terminos in mari constitutos satis benè noscant, qui nunquam ad gradum pervenirent, si quo loco maris sint, non sciverint exactè. Præterea custodiri classibus potest, si non ab una gente totum, à diversis tamen per partes. vid. Conringius *in diss. de dominio maris.* Joh. Jac. Müller. *in instit. polit. part, 1. cap. 3.* §. *8.* ut adeò occupationi non obstet natura Oceani, quantus quantus etiam sit, quamvis aliam quæstionem esse existimet B. Stryk. *in disp. de foro Conscient. cap. 3. n. 8. An hæc occupatio æqua sit & conducat?* quod ipsi non videtur. Certè inexhausti usus res potest esse in dominio, modò dominium cum humanitate exerceatur, & ab usu & inexhausto, & innoxio alii non arceantur. Cæterùm propter hanc quæstionem quid contentionis circa piscationem Islandicam, & Norvvegiam Anglis & Danis intercesserit, licet similiter videre apud Seldenum *in d. tr. d. loc.* Et alii malunt vi conventionis, quàm titulo imperii hunc piscatum niti.

Thes. III.

Ut autem Venatio & captura ferarum bestiarum validè obtineat, requiritur *secundo*; ut eæ suæ naturali libertati relictæ, & sic adhuc nullius sint, unde earum nullum committitur furtum propriè sic dictum, uti deducit Joh. Harpprecht. *ad* §. *12. 13. Inst. de R. D.* Quamvis à plerisque furtum dicatur

tur fericidium, ipſique fericidæ, fures ferarum, *Wild oder Wildbretts-Dieb* vocentur. vid. Antonius *Seitenſtücker. in diſſ. de furibus ferarum. §. 12. & ſeqq.* & Conradus ab Einſidel. *in tr. de Regal c. 3. num. 366. cum ſeqq.* add. Thomaſius *in J. P. Div. lib. 2 cap. 10. §. 55.*

Si autem appareat, eas alicujus poteſtati eſſe ſubjectas, ut ſuam naturalem libertatem non habeant, eundi quo velint; veluti, ſi aves incluſæ ſint in caveis, aut feræ contineantur ſeptis, ſeu in vivariis, *in den Thier-Gärten*, *vid. C. J. T. d. loc.*

Et pices in piſcinis, aut *ſtagnis in Teuchen, Weyhern, Haltern, und andern beſchloſſnen Waſſern*, quia ita à nobis poſſidentur, & uſibus hominis privati deſtinati, *l. 3. §. 14. pr. de acquir. vel A. poſſ. l. 62. §. 1. de uſufr.* Vinnius *in Jpr. contr. lib. 1. cap. 19. & ad §. 12. J. de R. D. num. 2.* Tabor *in racem. crim ad art. 169. O. C. p 566. n. 11.* & Rhebhan. *in ſelect. quæſt. quæſtion. 6. qu. 4.* B. D. Stryk. *diſſ de foro Conſcient. cap. 3. num. 8.* Obrecht. *diſp. 21. th 31.* Frider. Prückmann. *tr. de Venat. cap. 2. num. 18.* Claſen. *add art. 169. num. 2.* add. B. Dn. Collega Harpprecht. *de venat precar. p. 33.* Dehinc indubiè asbque delicto furti capi non poſſunt *arg. l. 8. §. 1. famil. hercisc. l. 5. §. 1. de A. R. domin. l. 3. §. idem feras, de A. A. P. l. 62. §. 1. de uſufr. d. art. 109. & 169. O. C.* ibi: *welcher auß Weyern, Reüſern, oder Behaltnußern Fiſche ſtihlet, iſt auch ein Diebſtahl, gleich zuſtraffen, ſo aber einer auß einem flieſſenden Waſſer Fiſch fienge, das einem andern zuſtünde, der iſt an ſeinem*

nem Leib und Guth, nach Gelegenheit und Gestalt des Fisches, der Persohnen und Sachen, nach Rath der Rechts-Gelehrten zustraffen. Quâ constitutione non hoc vult Imperator, quasi is, qui in flumine alieno piscatur, furtum non committat, sed hoc tantùm, quòd non sit puniendus pœna ordinaria furti, sed arbitraria. *J. C. J. A. d. loo.* Harpprecht. *ad* §. *12. de R. D. num. 322.* Lyndenspur. *ad O. P. V V.* §. *26.* Hunnius *in diss. de jure venandi th. 18.* Petr. Müller. *in Ipr, Element. d. disp. 17. th. 21.* Carpz. *pag. 29. 84. num. 78.* qui & ibidem *num. 79.* monet; idem quoque in foro *Saxon.* obtinere. add. Tabor. *in analyt. exposit. dict. art. 169.* Carpz. *d. l. num. 82.* Mohr. *tr. de jur. venand. part. 1. cap. 5.*

Aves autem, *Pisces & feræ*, quæ in piscina non tantum custodiæ, sed propagationis seu multiplicationis gratiâ habentur, accensentur immobilibus *per l. 44. de legat. 3.* licet regulariter sint res mobiles se moventes *l. 16. ff. de act. empt.* & stagno vel vivario vendito unâ debentur emptori. B. Lauterb. *tr. Syn. de act. empt.* §. *1. num. 16.* vid. Schraderus *de Feudis part. 9. sect. 4. num. 11.* add. Coler. *de process. excec. pag. 2. cap. 3. num. 38.* Mor. *tr. de jur. venand. p. 1. cap. 5.* Noë Meurer apud Fritschium *fol. 403.* qui verò eum in finem ibi habentur, ut crescant, illi fructuum nomine, & jure, ad emptorem pariter pertinent. B. Lauterb. *d. loc. & ad l. 9. qui satis dare coguntur*, Hahnius *ad tit. de contract. Empt. Vend. num. 8.* B. Stryk. *in usu moderno lib. 19. num. 1.* §. *10. pag. 456.*

Quodsi

Quodsi tantum custodiæ causâ in piscina sint, fundo vendito, sine speciali pacto non debentur. *l. 15. ff. de actione empti.* B Lauterb. *in tract. Syn. d. loc.* B. Stryke *in disput. de probationibus pertinentiarum cap. 1. num. 45. p. 14.*

CAPUT VIII.

De objecto Ferarum Venationis noxiarum.

Thes. I.

VEnatio autem ferarum noxiarum, quæ usui non sunt, omninò concessa est, cum publicè intersit iis Regiones purgari, *in lege unica codice de venat ferar. add cap. unicum §. 5. lib. 2. feudorum. tit. 27. de usibus Feudorum versu nemo retia* Hugo Grot. *de Jure belli & pacis lib. 2. cap. 21. §. 9. vers. primum de Jure.* Brunneman. in paratit. ad Wesenb. *tit. de A. R. D. qu. 13. & ad d. l. un.* Georg. Mor. *d. tr. p. 1. cap. 8. num. 22.* Sixtinus *de Regal lib. 2. cap. 18 num. 77.* add. B. Dn. Textor. *d. loc.* Thomas *d. tr. de noxa animalium cap. 26. num 18. Fürstlich VVürtembergische Forst-Ordnung.* B. D. Collega Harpprecht. *de venat. precar. p. 29. & 30.* Erdel. *in praxi aurea cap. 7. observ. 3.* Adeò ut etiam Clericis talis venatio concessa sit. Petrus Müllerus *dissert. de venatione luporum VVolffs-Jagd. th. 12.* Instrumentis hinc, nisi ad bestias noxias tollendas, rusticis uti non li-

licere, notant Doctores *in §. si quis Rusticus vers. nemo retia*, ubi Isernia & Alpharottus secundo Feudorum 27. vid. Tabor. *in Armament. Justinian. cap. 4. num. 3. & 4.* per has etiam Deus punit. vid. cap. 14. Ezech. num. 20.

Feræ autem noxiæ imprimis sunt rugiens, & sæviens, prædæque imminens *Leo*, Pardi, Panthera, Tigrides truces, qui felis quoad membrorum constitutionem in omnibus similitudinem exprimunt. Ursi, item Lupi mordaces & rapaces, vid. Habacuc. cap. I. n. 8. Feles item Sylvestres, Itides, & Martes. Khraisser. *tr. de venat. cap. 16. & 17.* de quibus etiam jam supra quas omni anni tempore capere licet. Khraiss. *d. tr. cap. 10. & 12. animalia ceu nociva dehinc.*

Thes. II.

Et lupos capientes sæpius remunerari solent, Illustris Dn. à Seckendorff, *im teutschen Fürsten-Staat, part. 3. cap. 3. pag. 2* add. Georgius Hornius *in Orbe Polit. de Rege Brittan. cap. 8. §. 3.* laud. B. Dn. Collega Harpprecht. *de venat. precar. d. th. 29.* Imò si multitudine luporum rapacium Regio abundet, subditi ad eorundem persecutionem sunt obstricti. vid. Fritschius *de sequelis cap. 11. num. 14.* Richterus *volum. 1. part. 3. consil. 4.* Müllerus *in d. dissert. de persecut. lupor. th. 16.* Struv. *in Syntag. jur. Feud. cap. 6. aphoris. 28.* Dn. Berger. *in d. diss. c. 1. pag. 16.* add. *Fürstliche Sächsische Gotische Jagd-Ordnung. fol. 53.* apud Fritschium.

Et quamvis hodienum plerubique locorum nociva

civa hæc animalia etiam privati capere possint, tamen illud non aliter, quàm sub hac conditione procedere volunt, ut quilibet talem feram ad Dominum transmittat, uti videre est ex iis, quæ tradit Khraisser. *d. c. 16.* & Waizenegger. *de Venat. cap. 3. num. 38.* add. *Fürstlich Würtemberg. Forst-Ordnung. part. 3. tit. vom gefallenen Wildbrett.* B. Dn. Harpprecht. *in d. disput. p. 30.* Klock. *de Ærario lib. 2. cap. 5. num. 23.* Müller ad Struv. *de furt. p. 797.*

Lupus autem cum pelle erit capientis *in defectu constitut. provincialis. arg. capit. accessorium de Regulis Jur. in sext.* laud. Müller. *de persecutione luporum th. 23.* ubi tamen hoc secus esse dicit, si Ministri Forestales, *die Forst-Bediente*, accedant, vel capiant lupum, tunc non ipsorum, sed Dominorum esse pellem.

Sin autem *quis subditorum*, verbi gratiâ rusticus, *in Venatione Luporum publicè institutâ à Lupo vulneratus aut occisus sit, quis impensas, in curationem vel sepulturam factas, num læsus ipse, ejusque hæredes, an verò Princeps, aut status provinciæ sustinere, vel refundere debeant?* non *convenit.* Subdito tamen ita læso, ut amplius victum sibi quærere nequeat, ex commiseratione à Principe, vel si totius Provinciæ ab istiusmodi animalibus nocivis purgandæ gratia persecutio suscepta sit, succurendum esse à statibus provincialibus existimat. laud. Müller. *in d. dissert. th. 18. arg. l. 2. p. 1. ff. ad l. Rhodiam de jactu l. ultim. ff. de his qui dejec. & effund. l. 3. si quadrupes pauperiem fecisse dicant;* qui idem judicium fert, de

P sumpti-

ſumptibus funerum, ubi præjudicium exhibet. add. *Furſtlich Würtemb. Caſten-Ordnung. in præfat. in princip. & cap. 2. §. Erſtlich.* Fritſchius *de Jure Hoſpit. cap. 4.* & B. Lauterb. *diſſ. de domicilüs pauperum th. 28.*

Occidens tamen *Lupam* prægnantem duplici præmio, quaſi ſic plures lupos occiderit, extinguendo fætus, affici non poteſt; cùm illud proponatur ſolùm ad remunerandam induſtriam, quæ major utique non fuit propter fætus: vid. *arg. l. qui in utero ff. de ſtatu hominum.* Müllerus *d. diſſ. de perſec. Luporum th. 15.* B. Stryk. *de uſu modern. ad tit. de A. R. D. §. 4.* Secus dehinc, ſi quis lupam cum lupatenis capiat, tunc pro ſingulis præmium exſolvendum. Poſt Sebaſt. Medic. *de venat. P. 2. qu. 14.* & Khraiſſerum *ſimili tr. c. 16. n. 13.* Müller. & Stryk. *d. d. loc.* Hac occaſione inſuper nota, quod Lupa apud ſcriptores nonnunquàm denotet *meretricem.* Unde ad noſtram usque memoriam, meretricum cellulæ *Lupanaria* dicuntur. vid. Müller. *de perſecut. Lupor. th. 7.* add. etiam *de feris minor. rapac. C. J. A. d. tit. n. 15.* Idem judicium eſt de Leæna gravida interfecta. Perezius *in codic. ad l. unic. codic. de venat. ferar.*

De cætero alibi *Leones* perpetuò aluntur, uti *Florentiæ* & *Gandavi.* Perez. *d. loc.* qui, quòd *Gandavi* ſint, in cauſa eſſe opinatur, quòd *Clypeus Flandriæ* Leonem habeat, & quaſi maxima ſit Provinciarum Belgicarum, quæ ſola potentiſſima, ſemper hoſtibus reſtiterit. Ita in noſtro Ducatu *urſi*, *Bæblingæ* perpetuò aluntur ut conſtat.

ſtat. Nocentia hæc animalia morſu & unguibus, deponunt inſitam feritatem erga paſcentem, ſeu nutritorem, parent Imperanti, & blandiuntur. vid. Eſai. I. 3.

Cicuratorum autem horum animalium, ſi capiantur, furtum committitur. *arg. l. ſi pavonum, ff. de furtis.* Guit. Papæ *deciſ. 218. num. 1.* quod tamen arbitrio judicis committi debere cenſet Brückman *de venat. cap. 2. num. 25.*

Theſ. III.

Ita quod attinet aves *noxias* & *diras*, eas capere, exceptis Falconibus, & Stellariis accipitribus, *Falcken, und Blaufuß*, dum hi Principibus conducunt ad delectamen & venationem, ſubditis conceditur. Weizenneg. *in tr. de venat. diſſ. 5. cap. 5. num. 7.*

Sed in nonnullis etiam locis coguntur Ruſtici certum numerum capitum ejusmodi, *der Sperling, Reinkœpflen*, ſub certa pœna Loci præfecto apportare. Oldenburg *p. 163.* Dn. Stryke *diſſ. de jure Principis Ærεo d. cap. 4. num. 43.* uti quoque in noſtro Ducatu hoc ita de Paſſeribus obſervari ſcio, quæ aves ſalaces ſunt, & qui iis veſcuntur, redduntur ſalaces, ac ob duo iſta finxit Sappho in hymno Veneris currum à paſſeribus trahi. vid. Levit. XIV. 4. Voſſ. *in d. tr. lib. 3. fol. 1199.*

Ferarum autem gallinarum captura, inprimis prohibita ſubditis, ut ex affixis in ſylva interdictis unâ cum depicta Ipſarum figurâ videre eſt etiam in hoc Ducatu.

Ita & aliàs Nobiliores aves e. gr. Turdos, turdelas, *Drosteln*, capere non licet. vid. Oldend. *d. tr. p. 461.* Wehner. *pract. observ. verb. Forstrecht*, *ff. alia enim est verb. in Franconia Nobiles.* De non capienda *luscinia* prostat Regium *Porussicum* Edictum, quod refert. laud. Stryke *in Vol. noviss. disput. 22. cap. 5. num. 9.* add. *cap. 4. num. 51. ubi de coturnicum Aucupio an Ærario Principis utile sit Quærit.* vid. etiam *Fürstl. Sächs. Policey-Ordnung. de anno 1612. tit. von Rent-Sachen. v. 29.* Inter aves minores laudatu dignæ sunt *merulæ*, quæ integras cantiones imitantur, quas accipere & reddere discunt, præcellit contrà cantu *philomela* avis, vocalis & matutinis vocibus instans, de qua dehinc Ovidius eleganter ita:

Tu Philomela potes vocum discrimina mille,
Mille potes varios ipsa referre melos.
Nam quamvis aliæ Volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquivalere tuis.

Vermis est, quem farina edit, figura magni & albi termitis, *Fleischmad*, Philomelæ in deliciis, Bacco de Verulam. *in sylva sylvar. Cent. 7. pag. 365.*

CAP. IX.

De Objecto Venationis ferarum quoad Animalia Amphibia.

Thes. I.

DAntur Animalia etiam *Amphibia*, quæ scil. partim in aqua, partim in terra degunt,

gunt, aut quod partus in terra edant, cibum autem in aqua quærant, aut, quod maximam temporis partem in aqua transigant, reliquam in terra quæ vel terrena, vel aquatica nominari possunt. Feschius *in tr. de re venat. th. 12. p. 596.* ut sunt ex quadrupedibus. Castores seu canes pontici, seu fibri, *die Biber*, Lutræ, *die Fischœtter.* vid. Besold. *in thes. pract. voc. Fischham.* & omninò Dn. Valentin. *in der Natur- und Materialien-Kammer. lib. 3 cap. 26. pag. 473. Ubi eleganter Castorem* describit: *Daß es von fornen einem vierfüssigen Thier, von hinden aber einem Fisch æhnlich seye, und der Gestalt nach, sehe es fornen einem Jachs gleich, hab einen Kopf, wie ein Murmelthier, und fornen im Mund viel lange Zæhne. so auswendig Pomerantzen gelb, inwendig weiß seyn, mit welchen es nicht nur die Bæume schaben, sondern auch dieselbe gar umhauen kœnne, und wann es jemand darmit beisse, nicht nachlassen solle, biß es die Beine krachen hœre:* An Leib seye es zimlich corpulent, *und ohngefæhr wie ein halb-jæhriges Schwein, mit kurtzen Füssen, wie ein Dachs, dann die forderste Pfoten den Hund-Füssen, die hinderften aber denen Ganß-oder Schwanen-Fussen gleich kommen, und da es sonsten am gantzen Leib schœn dunckelbraun, und sehr zarte Haar am Beltz habe, seye der Schwantz nur eine aufgeblasene Haut, gleichsam in Schugen, und scheinen auswendig Aschenfærbig anzusehen, welchen es immer im Wasser halten soll, indem er seine Hœle gar künstlicher Weiß mit etlichen starcken Wercken an dem Ufer bauen, und daraus*

den Fischen und Krebsen, womit es sich im Wasser nehret, nachstellen soll. Hæc Valentin. ubi etiam curiosa de castorio *dem so genannten Bibergail* tradit; *Nehmlich, daß es ein trefflich Ding wider die Lame und den Schlag der Zungen, und des gantzen Leibs, und wider die Schlaffsucht.* Et sanè Galenus *lib. 13. method. medend. cap. ult.* castorei usum etiam prædicat in collyrio ad oculos, & oleo ad aures, quia calore suo discutit humores frigidos, ac spiritus flatulentos. Vossius *in d. lib. 3. p. 1093.* ubi etiam dehinc rationem in promptu esse dicit, cur dolori dentium medeatur: *d. tr. f. 1093.* ubi etiam ex aliis animantibus similia sensibus medicamenta adducit.

In Schwaben gehært der Otter und Biberfang aus uhraltem Herkommen, gleich der Fischerey, zu denen Regalien. post Keller. *de offic. jurid. cap. 15. fol. 445.* Ertel *in praxi aurea cap. 7. observ. 3.* Sebast. Khreisser. *tr. de venat. & aucupio. cap. 16 ubi n. 9. adducit.* quod ei, qui lutram ad aulam præsentet in Bavaria cum pelle relicta præmium persolvatur, quod propterea fiat, ut damna piscium, quia lutræ piscibus valdè sunt nocivæ, præcaveantur, addatur Fritschius *in suo tract. fol. 697. aus den klugen Beambten.*

Vulgare castoreum, non esse castrorum testes, sed illud potius esse tumores inguinis, inter quos penis fibri abscondatur, quippe ex his elici liquorem pinguem & oleosum, vi ea præditum, quam castoreo veteres tribuerint vult Vossius *in d. tr. l. 3. f. 1093.* ubi etiam castoris vim in cupitis morbis recenset. Huc

Huc pertinet etiam *die Seekuh* Manati *genannt.* Valentin. *d. tr. lib. 3. cap. 27. p. 475.* ubi hoc animal describit : *Daß es ein sehr ungestaltes Thier, ausserlich braun, und hab einen Kopf, vvie eine Gaiß, aber grœsser, mit einem Kalbsmaul, grossen Naßlœchern, kleine Augen, ohne Ohren, ein Leib so dick vvie ein Ochs, mit einem braiten, und rundstumpfigen Schvvantz, nehrt sich von dem Meer-Graß, seye etvva 16. Schuh lang, und 7. biß 8. brait.* Ubi etiam de lapide Manati nonnulla tradit; quomodo autem capiatur de eo sequentia habet. *Es begeben sich nehmlich 4. oder 5. Manner in eine* Chaloupe, *und rudern auf das Thier in aller Stille zu, dann es gar ein leinses und genaues Gehœr haben soll, vvann sie ihm nun nahe genug auf den Leib gekommen, stosset ihm der Forderste mit aller Macht einen Spieß in den Leib, vvorauf sich das Thier in das Wasser begibt, aber den angebundenen Spieß mitnehmt, vvomit es schon halb gefangen ist, und nachdem es sich müde gefladert, auch damit einen grossen Schaum auf dem Meer erreget hat, vvird es nach und nach vvieder herbey gezogen, noch einmahl gespießt, und endlich übermannet. Fast auf die Manier vvie die VVallfisch auch gefangen vverden.* vid. etiam Athanasi Kircheri *C. Soc. JEsu China monumentis Illustrati cap. 9. pag. 200.* ubi de Crocei piscis, qui ex eorum numero, quæ amphibia dicuntur, in avem mutatione agit eleganter, item de vacca marina, pisce.

Thes. II.

Tale animal Amphibium Niloticum, & quadru-

drupes est *Hyppopotamus*, de quo sic Plinius *l. 8. cap. 25.* Tergoris est ad scuta galeasque impenetrabilis, prterquàm si humore madeat. Et quanquàm ab equi similitudine nomen acceperit, magis tamen simile vituli aut porci, uti liquet ex Adriani Cæsaris Nummismate, & Colosso Nili in Vaticano. Voss. *d. tr. lib. 3. cap. 56. pag. 1033.*

Hoc animal sæpè è Nilo in prata exit vicina. Ægyptii igitur, locis iis, quæ fera frequentat, *foveam* faciunt, in eam arcam imponunt ligneam, supersternunt Cannas, terramque fera, non animadverso dolo, decidit in capsam, tùm venatores, qui se se abdiderant, accurrunt, & operculum superimponunt capsæ, ita animal id vivum abducitur, quod vinculis frustrà constringere studerent. Imò ob cutis duritiem, nec lanceis, aut ferro vulneratur, unde & Elephantem Ægyptium dixere; proximi sanè ab Elephanti roboris judicatur. Voss. *d. tr. lib. 3. fol. 1102.* add. Valentin. *in der Natural-und Materialien Cammer andern und dritten Theil. ad cap. 25. tab. 19. pag. 472.* §. 5. Ubi horribilem Hyppopotami formam & figuram exhibet, & *pag. 469.* de dentibus Hyppopotami etiam nonulla tradit. Et huc spectare locum. Hiob. XL. 10. & seqq. & cap. XLI. existimat.

Inprimis huc spectat *Crocodilus*, animal oviparum, vorax & sævum, trepidantibus fuga, fugatur ipsa ab insequentibus & masculis. Breitenb. *16.* sed tamen Worm. *in Musæo 3. 22.* pigrum animal dicit, nec in latus facilè vertitur, gratum spirat odorem, perniciosum alioquin, quod non omni-

omnibus locis metuendum. Eidem robur ingens est in cauda, unius ictu validæ etiam quadrupedis cuncta crura confringit, ut relatum Petro Martii *lib. 3. Legat. Babylon. pag. 443. refer.* Voss. *d. tr. l. 3. fol. 1033. & seq.* A minimâ origine, ad maximam crescit magnitudinem. Voss. *l. 3. c. 55. p. 1027.*

Capite est lato, rostro verò suillo, rictu magno, usque ad aures patulo, oculis suillis, & rotundis, nigra pupilla, dorso, saxaginta vertebrarum, maxillam superiorem mobilem habens, immota inferiori, lingua carens, ejus loco pellicula inferiori mandibulæ inhærens, dentibus robustis, acutis, albis pectinatim in ore dispositis, pedibus uncinatis & extrorsum detortis, cauda reliqui corporis longitudine. Quatuor mensium inediam ferre potest, Famelicus hominis instar ululat, cursu celerrimo, sed ægrè inflectuntur ob dorsum rigidum, qua etiam causa sæpè prædam amittunt. Quidam limo vivere perhibent, sed revera pisces edunt, ac humanarum carnium avidi sunt. Animalibus in terra insidiantur, coeunt, fœmella in dorsum cubante & sexaginta ova, anserinorum magnitudine, pariente ac intra sexaginta dies excludente. Quidam ova sub arena defossa calore Solis excludi volunt. Ichneumon, Bubalus, & Tigris inter aves accipiter, ex piscibus serpens aquaticus, piscis porcinus, Delphinus, Scorpio quoque & homo hostes ejus sunt: Ichneumon ova ejus frangit, & apricantis ac dormiturientis os subiens, intestina ejus corradit, & perforato ventre egreditur. vid. Vossius. *d. tr. fol. 1132. lib. 3. Bubalus eum occidit, Tigris jacentis ventrem dilaniat. Contra, amicos habet sues, &*

 avi-

aviculum Trochilum; *Sues, secus ripas Nili, absque noxa vagantur. Trochilus dentes ei, & rictum à sordibus purgat, ac vermiculos ex piscium retrimentis intra dentes prognatos subiegit hiante Crocodilo, & amicum laborem, indemnitate compensante. Sinæ & Indi carnes ejus cum delectamento comedunt: nonnullibi in India assantur. Aqua, quibus caro eorum incocta, araneorum morsus sanat, sanguis oculos clarificat, & serpentum morsioni medetur, Pellis combusta, & amurcæ permixta, stuporem membris inducit, ne sectionem sentiant.* Adversus horrores febrium ægros adipe crocodili inungunt Ægyptii. Contra ulcera putrida, & morsus Crocodilorum etiam commendatur, corium crematum, cum amurca mistum, & parti amputandæ inuritum carnem adeò reddit stupidam, ut ferrum non sentiat. *Colore Croceo*, quibusdam statuitur, sed inquit Worm. *in Mus. d. loc.* quot quot ego vidi ad *gipseum* vel *Cinereum* inclinant, forsan vivus ad Croceum vergit.

Thes. III.

De captura autem Crocodilorum cum foveis notatu digna tradit Voss. *d. loc. fol, 1120. & seqq.* & quod etiam falli hoc pacto soleant. *Hamum circumdant tergo suillo, quod medio flumini venator immittebat, hinc ad ripam consistens, vivum percutiebat porcellum, cujus grunnitu audito, approperat crocodilus: incidit in tergum suillum, id vorat una cum hamo, mox hamus attrahitur in ripam: & quia sic quoque abundè molestia facesseret, oculi ap-*

plen-

plentur cæno, ne videat, quid agat venator. De quâ captura etiam Valentin. *in der Natural-und Materialien-Cammer. lib. 3. pag. 472.* sequentia tradit. *Es brauchen nemlich die Jæger diese Liste, daß sie einen Hacken oder Angel an ein Schwein, Hammel oder Geiß binden, mit dem Thier zu jagen, wann nun solches hungerig ist, so verschlingt es mit grosser Begierde das Schwein, sambt dem Angel, welcher sich in dem Eingeweyd anhanget, und es umbringet, womit es nachmahlen herauß gezogen wird, soll ein weisses wohlgeschmacktes Fleisch, so wie Capaunen schmacket, haben, daher es auch in der Fasten genossen wirdt.* De modo, quo *Tintyritæ* eos cogant evomere recentia corpora ad Sepulturam. Josthon. Adm. *pag. 304.* minores esse in Æthiopia ad fluvium Nuchul. (quem *Dara* Vossius credit) testis. *Mela 3. 9.* ubi Vossius hanc rationem reddidit; quia flumen istud nonnunquam deficit, adeoque Crocodilis parum benignum, qui vastis & pisculentis gaudent alveis, atque hinc fieri, ut in *mediterraneis* Crocodili, licet aliis minores, longè tamen infestiores sint hominibus, propter alimenti inopiam. firmant hæc. D. Mart. *in leg. Babylon. l. 3. pag. 91.* add. Valentin. *in der Natur und Materialien Cammer part. 3. fin pag. 472. §. 5.* ibi: *Sie halten sich meistens in dem Fluß Nilo, in Æthiopien auff, gehen aber zugleich auffs Land, die Nahrung zu suchen. allwo sie auch die Menschen, wann sie dieselbe erhaschen, verschlingen, doch soll man sie zu weilen so zahm machen kœnnen, daß sie den Leuthen auff die Axel springen, und mit Ihnen*

spieh-

ſpiehlen. Es iſt die grœſte Arth der Eydexen. Captum vivum unum ſuo tempore in Ægypto refert laud. Mart. *leg. Bab. 3. pag. 91.* quem vix poſſent duo Cameli ſimul conjuncti tergo ſufferre, & ex aliûs trucidati utero arietem verè integrum voratum fuiſſe extractum, unà refert ibidem: edunt autem ova ut anſerina quorum multa repererunt in nova *Granata. in ripis Amnium. wann man ſie an einen Steinſchlægt, inquit, zerknallen die Schalen allein, aber zerbrechen nicht gar, derohalben muß man das übrige mit einem Meſſer außmachen, und außſchelen, der Safft Dotter ſo darinn iſt, ſchmackt, gleichwie ein alter verlegener oder fauler Bieſam. Alß ich aber von anfang einen groſſen Abſcheu davon hatte, bracht mich endlich meiner geſellen Exempel, und der bittere Hunger, der der beſte Koch, dahin, daß ich ſie für die beſte Speiß hielt.* Breitenberg *in peregr. c. 36.*

Theſ. IV.

Huc etiam pertinent *reptantes* per ſinuoſos inceſſus *ſerpentes*, motus enim reptilium fluctuabundus eſt: Conſtat enim expulſu primo, mox tractu. Quemadmodum in cæteris quoque animalibus: idcircò ſe relinquit poſt terga: Eam partem, quàm tracturus eſt, poſt depulſionem antecedentis. vid. Taubm. *in Virgil. Maron. Culic. pag. 82. & 83.* Adeoque licet pedibus careant, & dehinc illis greſſus ſit negatus, datus tamen iis corporis *flexus* ad modum, quo *competra* natant item *anguillæ*, & ſufficit illis corporis flexus, cui in minoribus ſerpentibus ſpinæ, in majoribus

oſſa

ossa inserviunt, uti costæ *30:* quibus progredientes innituntur, seque promovent.

Attributa autem illis facultas caput in sublime efferendi, item convertendi illud, reliquo quiescente corpore, scil. ut eò facilius descendat cibus, & ut se defensitare possint, adversus pericula, quæ à tergo imminent. vid. L. Vossius *in d. tr. lib. 4. cap. 54. fol. 1493.* ubi etiam particulatim agit, de progressu *aspidis, viperæ, Cerastæ. Harmorrhoi, Sepedonis, Cenchrenes, Acantiæ, Amphibonæ.* Bilingues autem propriè non sunt serpentes, vid. Voss. *d. lib. 4. cap. 33. fol. 1489.* Visu pollet serpens *Parca*, aspidi & Amphibenæ verò visus est obtusus. Voss. *d. loc.* Gaudent etiam *respiratione, linguam* etiam habent, utilem quidem ad *gustum*, sed inutilem ad vocis officium, pro voce autem promunt sibilum vid. L. Voss. *d. loc. fol. 1494.*

Quoad *calliditatem* reliquis animantibus terræ præferuntur. Genes. III. quantæ autem est *calliditatis*, quod *Serpens* Indiæ Orientalis, sub foliis se occultans, seu in arboribus latitans ne conspiciatur, prosiliens *bovem* adeò arctè complectitur, ut eum extinguat, eumque pilis usque adeò horridis obsitum, tamen voret hoc *pacto*; Nam quia bos sic idoneus non est esui, eum prius lambit, salivaque ita præparat, ut commodè satis sanguinem, & quicquid nutriendo idoneum est, exsugat, & sugendo bovem deglutiet, postea jacet immotus, ut facili negotio interfici possit. de quo vid. Valentin. *in seiner Naturalien Cammer. lib. 3. cap. 39. fol. 504.* vid. etiam Voss. *d. tr. lib. 4. c. 53.* *pag.*

pag. 1491. ubi similem ſolertiam de ſerpente Indico *Canauchoal* (Hiſpani vocant, culebras bobas) refert.

Sunt autem maximè etiam nocivæ imprimis generi humano, per *virus* ſuum exitiale, quod in *felle* gerunt, ſive ſit à caverculis ſub dentibus, ſive à vena ſub lingua, irati in hominem effundunt. vid. Pſalm. CLX. *ibi venenum aſpidum ſub labiis eorum.* vid. Ettmüller. *in peculiar. diſſ. de morſu viperæ.* & Daniel. Caſper. *von Lohenſtein, in denen Erklær-und Anmerckungen bey* Ibrahim Sultan, *Schauſpiel ad verſ. 361.* ubi ſequentia refert: Frantz. Rhedi *hat zu Florentz angemerckt, daß der Gifft der Natern, weder in Zæhnen, noch im Schwantz, noch in der Gallen, ſondern in dem Blæßgen an den Zæhnen ſtecke, auß welchen eine gelbe Feuchtigkeit ſpritze, vvann ſie beiſſen. Inſonderheit, daß an den Nattern und Vippern nichts tœdte, vvann es gleich verſchlungen vverde, ſondern nur, vvann der giffttigſten Thiere Safft in die VVunden komme, und ſich mit Blut vermiſche. VVorzu er anziehet, den Ort deß* Lucani:

Noxia ſerpentum eſt admiſto ſanguine peſtis,
Morſu virus habent & factum dente minantur,
Pocula morte carent:

Non uno tamen modo nec æquè omnes nocent. Nam *Baſiliſcus* propinquos halitu ſuo interimit, vel ſi viſu ipſo id fiat, fit à ſpiritu venenoſo, ex oculis prodeunte Voſſ. *d. l. 4. c. 56. fol. 1496.* add. *f. 1481. Aſpides,* ut dictum, non cauda, ſed *ſerratis* à ſe *dentibus* venenum vulneri inſpirant.

Al-

Alpys Lybica, vel ſola *adſpiratione* excæcat hominem. *Alia* ſolo lædunt *morſu*, *alia* autem etiam *Sputo*: quod cum ejectare noluit, collum extendunt, ad extendendum, quousque ſpuendum ſit, ut attingant; quare Cleopatra ex variis mortibus, eam elegit, quæ ſit aſpidis morſu, ceu mitius mortis genus. vid. Voſſius *d. cap. 53. lib. 4. fol. 1497.* ubi ejus venenum eſſe peracutum dicit, ut ſenſu minimè percipiatur, & celerrimè penetrare & interficere Voſſius *d. cap. 53. lib. 4. fol. 1497.* Ubi etiam de morſu Aceraſtæ, & quibus locis gaudeant Diſpades, & Preſterum horrenda Symptomata quæ cauſent, annotat, nec alios videri ſerpentes ignitos Iſraëlitis divinitus immiſſos in deſerto. add. *cap. ſeq.*

Varia autem proſtant Exempla de ſerpentibus, qui vel homines interfecerunt, vel inſidias ſtruxerunt, Ita *ſerpentem*, qui *Cadmi* ſocios interfecit, eleganter deſcribit Seneca in Ædipocha *act. 3. pag. mihi 56.*

- - Anguis imis
Vallibus editus, annoſa ſupra
Robora ſibilat, ſupraque pinus
Supra Chaonias celſior arbores
Cæruleum erexit caput,
Cum majore ſui parte recumberet.

add. in Medea pag. 27. num. 685.

Dantur autem ſerpentes immenſæ magnitudinis, & notiſſimum eſt: ut *ſerpens ille*, qui cum Romano Exercitu Duce *Attilio Regulo*, ad *Bagradam Flumen* pugnatum fuerit, pedum fuerit centum & vi-

viginti: cujus & pellis ad bellum usque Numantinum duravit. Magnos & Asia, & Africa serpentes habet, sed longè minores in Europa, de quibus pluribus. vid. Vossius *d. lib. 4. cap. 53. pag. 1484. & cap. 57.* Valentin. *in der Natural-Kammer. pag. 509* Taubmannus *d loc.* Kirchn. *in chin. Illustr. pag. 203.* add. B. Crusius *de monstrosis in annalib. lib. 11. part. 3. pag. 609.*

Minores hostem habent, ex singulari DEI providentia, à *quadrupedibus, Cervum, Pantheram, Mustelam, Suem, Vulpem, Ichneumonem Lacertum*; ex *aquatilibus, cancrum*: ex *insectis, Locustam, & araneum*: ex *avibus, Ciconiam*, æstatis advenam; cui cedit in escam teste experientia, dè quibus vid. pluribus laud. Vossius *l. 4. c. 61.*

Lepidam autem historiam de quadam *ciconia* serpentem in *Lateraria* apud Cænobium *Bebenhusanum* sita, includiente à Laterario loci, ceu testè oculato hanc accepi; quòd bina vice absorptus serpens per posteriora iterum eruperit, tertia autem vice hoc elabendi medio amplius uti non potuerit: dum Ciconia contra iverit, apprimendo tàm arctè posteriora ad murulum, ut sic elabendi rima clausa fuerit. Cæterùm aspidis ira inde elucet, quòd initura pugnam det sibilo signum, etiam fibret linguam, ac caudam sinuet extimam. Semper cum conjuge vagatur, atque alterutrâ interempta, incredibilis ultionis cura. B. Dn. Lansius *in oratione contrà Brittaniam fol. 559.* Voss. *d. tr. l. 4. c. 54.* quod olim expertus in hoc *Ducatu* quidam Mediastinus *Gigliugæ*, qui dum circa meridiem in limi-

mine ſtabuli *boam*, ad ſolem ſe exponentem, ſecuri interſecaſſet, is poſteâ altero die in ſtabulo in lecto ex viperino morſu, ſeu ictu peremptus ſummo manè repertus fuit: Viperâ circà collum ejus circumvolutâ, pariter tamen enecatâ, valdè enim ambiunt colla.

Qua occaſione memorari omninò illud meretur, quod contigit olim, de Venerando B. Atavo meo, Martino Cruſio. hoc in paſſu, quod ipſe in propriis manu ſcriptis reliquit, apponam formalia. *Die 6. Maji, 1574. Cùm in horto meo, quem in vicino monte* Oëſterbergico *habeo, fuiſſem cum* Uxore, *inde rediens* ego *inſcius in* Muſeum *meum, quod in tertia Contignatione domus meæ erat, portavi* Serpentem, *qui ſuper* Colobii *(interioris tunicæ)* torque *requieſcebat. Unde nam eo in horto venerat? nihil ſenſi, nec alicubi ſederam, ſed tantum ſteteram aut ambulaveram circum arbores.* Forte *in ramo hærens decidit; at nihil ſenſi. Nec pallium exueram, ut in herba ponerem, in* Muſeo *autem cum pallium exuiſſem,* eum *ſic habui in* torque Colobii, *ut* capite *&* cauda *in utrumque* humerum *extenſus eſſet, nec ſcivi quicquam. Væ mihi, ſi inter occiput & torquem interulæ per nudum dorſum meum deſcendiſſet.* Dæmon *aliquid conatus eſt, ſed ultra non potuit, quàm paterna* DEI *cura ſineret. Commodum aderat Uxor, quæ periculum conſpexit, cùm adhuc ſtarem, valdèque ſollicita: Ne* RESPICE in humeros, *exclamat, mi* HERE, *ſed* EXI *ad* valvam, *leviter exue Collobium, & in ſubjectum muro pomœrium confeſtim excute.* Parui, *Deſpice jam, in-*

 quit,

nenoſa, quæ vulnus inflixere, trita & vulneribus applicata affrictaque, iisdem ſalutarem afferunt medicinam, poſt Galenum *lib. 1. de Theriaca c. 11.* Voſſius *in d. tr. fol. 1525.*

Serpentis quoque odorem peſtilentem eſſe, notat Columella. *de re ruſtica lib. 8.* Gothofredus *ad l. 4. codice de ædil. edict.* add. B. Cruſius *in annal. lib. 11. part. 1. pag. 258. & 298.* Econtra ſpinas viperarum contra febres malignas, & peſtem, ſimilesque morbos uſurpari, refert ex aliis L. Valentin. *in ſeiner Natural und Materialien-Cammer. lib. 3. cap. 29. pag. 6.* Squamea etiam membrana conducit pro medicina. Urina etiam hominis utilis adverſus aſpidis ictum. Voſſ. *d. loc. fol. 1517.*

Hyeme autem ſerpentes non exerunt venenum, & menſibus hybernis, ſunt cibi expertes. vid. Voſſ. *d. loc. pag. 1588.*

Aſpidibus admotis apud Ægyptios necabantur rei, vid. Martini in *lexic. Philol.* voce Aſpis. Ita genere Aſpidis ſe ipſam interfecit *Cleopatra*, de qua jam ſupra. vid. Florus *lib. 4. cap. 11.* ubi Rupertus *in notis* add. Barth. *de uni cornu cap. 9.* vid. *etiam loc.* Devt. XXII. 24. Et locus Jerem. c. VIII. ibi: *Siehe ich will Schlangen und Baſiliſcken unter euch ſenden. die ſollen euch ſtechen, ſpricht der HErr.* Quorum uſus etiam eſt in bello, ſic inſigni ſtratagemate uſus eſt *Hannibal* apud Cornel. Nepot *23. 10. 4.* qui navali prælio decertaturus, ſerpentes conquirit, iisque repleta vaſa fictilia in hoſtiles naves conjecit, add. Loccen. *in not.* ad Cornel. Nepot. *loc. cit.*

De serpentibus etiam multi tradunt, illas certis carminibus rumpi vid. Maro *Ecclog. 8. vers. 71.*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,
Ovid. 7. *Metam.*

Vipereas rumpo & verbis & carmine fauces,
Unde Lucillius.

Jam disrumpetur medius: jam ut morsu colubros,
Disrumpi cantu venas cum extenderet omnes.

Ita Lotichius in Petronium. *lib. 2. cap. 12. pag. 200.* testatur, serpentes conjurari his verbis: *Osii, Osia, Osii*, posse, ut loco cedere nequeant, referente Morhoffio *de vitro per vocis sonum rupto pag. 432.* Sic tutò etiam serpens pestifera tractatur, dum riget frigore, non desunt tamen illi venena, sed torpent.

Sæpissimè autem has valdè domitas circulatores, seu Jaculatores, & mimi secum circumferunt, habentes eas circa humeros, colla, & brachia circumvolutas, à quibus si fortè damnum sit datum, dabitur adversus dominum pro modo commissi, pœna extraordinaria, *arg. legis ult. ff. de extraordin. Crimin.* Ludwel. *exerc. 6. th. 9. lit. K.* B. Stryke *in diss. de sacular. & direttar. c. 4. num. 37.* Vulturis etiam pennas combustas fugare serpentes itidem notat I. Voss. *d. loc. lib. 3. fol. 1255.* ita porrò nullus *Serpens* in *Vinea* manet, eo tempore, quo *Vitis* floret, germinatio quippe odore suo dulci serpentes naturaliter depellit.

Sunt tamen serpentes in china Veneno irre-
me-

mediabili pollentes, quorum primus *Cabrade Cobelo:* Serpens capillatus dicitur. Alter adeò lethifero coxico turget, ut intra paucas horas hominem interimat. Ita *Floranensis:* summo tamen in pretio habetur, ob medicamentorum, quæ inde componuntur, præstantiam. Compositio ita instituitur: *Totus serpens amphora, quæ nobili & generoso Vino repleta sit, immergitur, ita, ut capite solo constrictum per medium operculi foramen exstet; hoc peracto, igne supposito usque ad ebullitionem ferveat Vinum, & serpentis Venenum paulatim in corpore resolutum, totum per os exprret, Caro deinde reciso capite, infirmis datur, & unicum illud pretiosum contra omnia Venena Antidotum conservatur.* Husque Kirchner. *in chin. Illustr. fol.* 204.

Thes. V.

Dantur tamen etiam serpentes veneno planè carentes. Ita in Italiæ Ducatu *Braciano Antrum* esse, dictum, *la Grotta delle serpi*, quod ineunte vere magna copia serpentium non venenatorum ibi prorumpat, refertur: *im Teutschen Secretario part. 10. ep. 11.* Item in *hoc antro* poni Podagricos, Hydropicos, & leprosos, qui exhalatione Sulphurea commoti sudant valdè, & totum corpus à serpentibus circumvoluti, ab iisdem lambuntur, & ita convalescunt, idem Plinius *narrat.* Worm. *in Museo 3. 9.* ut & Caspar. Ens. *tr. de singularibus in Italia inveniendis. confer.* de serpentibus veneno carentibus. Gassend. *in vita Peiresc. p. 60. 61.* add. Vossius *d. tr. fol. 1507.*

Q 3 Pu-

Putat quoque Author, hanc proprietatem serpentis: Ægyptiis notam fuisse, qui lepram suæ Regioni communem, hoc modo curaverint, denotantes sanitatem per serpentem, quin imò Mosen serpente æneo eo respexisse; bufones & serpentes innoxiè commestos fuisse, notat Borell. *Observat. hist. Phys. pag. 134.* De Aspide vid. etiam Barth. *de unicornu. cap. 91.*

Thes. VI.

Sunt etiam Insulæ quædam, quæ venenatum animal nullum producunt, & incorporatum enecant, ita Insula *melitensis* & *Hybernia* bestiis venenatis carent. vid. Athanasii Kircheri *china monumentis illustrat. cap. 10. pag. 203.* Ubi etiam alia loca recenset, sc. in *samo* at *Lemno* Insulis hoc quoque accidere, cum terra istiusmodi venenis omnibus contraria sit, ideò Turcas eam magno pretio vendere, & *sigillata* vulgò dicatur. Bardai in *Icon. animorum cap. 4. p. 310.* nec Insula *Creta* venenata animalia habet. vid. *Beschreibung* Candien *p. 4. & 8.*

Ita in *hoc Ducatu* mundatum esse *locum, sc. pagum Dagersheim* dictum, à *serpentibus & bufonibus* aliisque *insectis*, per Beatum *Richardum* in communi traditur; nec hodie serpens ibi conspicitur, de quo *sequentia* habentur in *libro*, quod in Vulgari dicitur: *Das Saalbuch aller Teutschen Landen*; *Anno incarnationis Christi 905.* B. Richardus *secundum Carnem ex Nobili Prosapia ortus, Dux fuit Sueviæ, Patre Teutone, Matre verò Angla Sorore*

rore Offonis Regis Angliæ. Ipse autem B. Richardus *aa longum tempus morabatur cum parte suo in Castro situato circa ripam Beutelspachensem* Rex *autem Offo fuit Vir summa pietatis & justitiæ, & CultorDei & amator hominum, qui, cùm absque liberis ab hac vita decessisset, consilium habuerunt succedentes, licet Dominus Noster Rex non habeat prolem, tamen non eligamus Regem, nisi de Alma ejus Prosapia. Et Consilio confirmato Beatum Richardum in Angliæ Regem elegerunt; Divus autem Richardus habuit Avunculum morantem in Castro Herrenberga: cui suam ditionem relinquere volebat. Ait igitur ad Ministros suos: Inter me,* & *Avunculum meum intercedit magna Sylva: & Circa Sylvam Castrum, nomine Bublingen: ubi multi Grassatores* (*Bœssbuben* unde nomen *Bœblinga*) *Videamus, quomodo transeamus, tuti Sylvam, ad meum Avunculum.* Inde nomen extitit *Sindelfingen: quasi diceretur, der Sinn ist funden. Dehinc venerunt ad unum vallem Illustrem oriente stella matutina, & die apparente: Dedit nomen: huic loco* B. Richardus, *Tag - Har - schein:* quem circa locum, ad ripam (rivum) Schwipfer, cùm essent multi *serpentes, busones, lacertæ,* & alia reptantia immunda, quæ cum vidisset, Dominus Richardus invocavit devotissimè S. *Tridelinum* (quem ligno ex sculptum hodienum in templo hujus pagi asservatum videre licet, cum Gazophylacio) ut *illa immunda repelleret ab hoc loco, & ei fecit ædificare altare in honorem ipsius, ut locus ille mundaretur, mox voto illo peracto, hæ pestes expulsæ sunt, & in*

eodem loco mansit, B. Richardus *cum Comitibus suis ac vasallis, donec avunculus suus de Herrenberg, ne damna reciperet, cum magno gaudio & salvo conductu venit*, iter *continuantes ad Herrenbergam, & huic loco praeduro, ex illa causa datum est nomen Tagersheim, cum signo serpentis in Clypeo, usque in hodiernum diem:* vid. d. D. Dn. Martinus Crusius Atavus meus devenerandus *in annalib. paraleipomenos. rerum Suevicarum. cap. 11. p. 37.* Caeterùm *anguem in sinu fovere* praedicatur de *Crimine ingrati animi*; Alia insectorum *Genera tacemus*; Discursum autem de *natura obeliscorum, & figura reperti obelisci* altitudine *52. pedum*, cujus *basis 7. pedum.* diametrum habet, mense Januario *Anno 1678. p. 25. 26.* tradit Mercure Galant. vid. etiam Prophet. Jesaias. *c. 59. n. 5.*

Caeterum abstinendum esse à Crueiandis bestiis monet Pallarie *in Philosoph. Moral. l. 30.* & laudat *Blasium Eremitam*, qui ferarum morbos curaverit. vid. à Valle in Viogg *d. India p. 79. & p. 81.* Verùm animalium destructio, quin licitè fieri possit, dubitari non oportet, per textum satis manifestum Genes. IX. 12. & Devt. XVII. 20. Samuel Pufendorff. *tr. de officio hominis & civis. cap. 4. sect. 17.* Sebast. Medic. *de Venatione in praefat. num. 38.* ubi eleganter ita dicit: *Nullum peccare ex hoc, quòd utatur re aliqua, ad hoc, ad quod sit ordinata. Omnia autem animalia sint propter hominem, & ideò licitum sit, & plantas mortificare in usum animalium, & animantia in usus hominum, plantae enim utuntur terra ad sui nutrimentum, animalia*

malia verò plantis, & homines plantis & animalibus. Unde naturaliter homo dominatur animalibus ex ipsa ordinatione divina Genes. IX. 12. add. *l. 82. ff. de usur.*

Et cum ex ferocientis naturæ genio ſuviant in homines & noceant, ceu noxia jure cæduntur. Et vanum eſſet hominis in beſtias Imperium, titulus ſine re, ſi non eas cædere liceret. add. Ariſtotel. *lib. 1. polit. cap. 8. ad. 5.* ibi: plantæ ſunt animalium gratia, cætera animalia, hominum cauſa, *manſueta* quidem propter utilitatem & cibum, *fera* verò propter cibum, & alia adjumenta, ut & veſtes, & cætera inſtrumenta ex iis fiant, inprimis autem corpora noſtra carne ſua ſuffulciunt ac reficiunt. vid. Matth. XXII. 4. Rex iis, quos ad nuptiale filii ſui convivium invitavit, *ait. Ecce prandium meum paravi: tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.*

Carnium autem eſum, jam ante diluvium in uſu fuiſſe, peculiari diſſertatione probavit Panzius Profeſſor Jenenſis, confer. B. Collega D. Hochſtetter in *Colleg. Pufendorff. p. 325.*

CAP. X.

De Objecto Venationis quoad Excluſiones Ferarum manſuefact.

Theſ. I.

Cum autem Venatio ſit *ferarum*, excludimus dehinc à noſtro *objecto*, *manſuefactas* ſeu cicu-

cures factas: scil. quàm diu custodia coërcentur, aut animum revertendi habent, eò enim usque nostra permanent. vid. §. *14.* & *15.* *J. de R. D. ibique Ddr. l. 5. §. 5. ff. de A. R. D.* C. J. A. *de A. R. D. in specie de venat. num. 11.* quem habere intelliguntur, si revertendi consuetudinem scil. consuetis temporibus retinent. Si enim hunc ultrò deponunt, & in naturalem laxitatem se recipiant, redeunte ita sæva illarum natura, quod fit, cùm vel oculos nostros penitus effugerint, *vel* in conspectu nostro ita versentur, ut difficilis, vel nulla sit recuperandi spes. §. *feræ 12. J. de R. D. l. 44. ff. de A. R. D.* tunc (licet aliàs aliarum rerum dominium, amissâ quoque possessione retineatur. *arg. l. 58. de A. R. D.*) *desinent esse nostra*, & incipient esse res nullius, quasi post liminiò, cedentque juxta communem Regulam occupanti. §. *12. Inst. de R. D.* & *l. 3. §. 2. de A. R. D.* Illarum enim proprietas, uti per naturalis libertatis amissionem *occupatione* acquiritur, sic per pristinam *libertatis* post liminiò quasi *recuperationem* omninò amittitur. *d. §. 12. de R. D.* & *d. l. 3. §. 2. de A. R. D.* vid. *arg. l. 35. de Reg. Jur.* Non *obst. l. 11. de R. J. ad quam Resp. ex l. 28. de V. S. minus obstat l. 3. §. 6.* & *11. l. 8. de A. A. Poss.* ad quam *Resp. ex l. 25. eod.* vid. B. D. Frommann. *de amiss. rerum fortuita. th. 12.* Ddr. *ad d. l. 15.* & *ad l. 5. §. 5. ff. eod. nec obstat. l. 47. ff. de A. R. D.* ad quam Resp. nisi in naturalem libertatem se receperit, & revertendi consuetudinem deseruerit consuetis temporibus. B. Dn. Cancell. Osiander

ad

ad Grot. l. 2. cap. 28. Struv. *in Evolution Ex. 41. th. 8.*

Thes. II.

Hinc autem cervus cicuratus, & torque, seu monili ornatus, vel similis fera, quæ in sylvam ire redireque assuevit, uti etiam sunt capricorni in *Valesia* ubi ex consuet: pastum ire & redire solent, Bruckmær. *de venat. cap. 2. n. 24.* si in naturalem libertatem se recepit, & ab alio in sylva captus fuerit, cedit *occupanti*, non *priori domino*, huic tamen torques restituendus. Dn. Stryke *diss. de Exstr. Aslindin. in Corollariis Coroll. 7.* Frustrà dissentientibus Grotio *de Jur. B. & P. l. 2. cap. 8. num. 3.* & Thomasio *ad Strauchium diss. 6. th. 21.* add. Anth. Matth. *ad §. 12. de R. D.* Müller. ad Struv. *d. Ex. 48. lib. 47. tit. 2. pag. 297.* Existimantibus, si fera bestia habeat certa signa, seu γνωρίσματα, sive *crepundia*, quibus internosci possit, ut *accipiter* sonaleis argenteis ornatus, *eam tunc manere priori domino.* sed vid. laud. Fromann. *d. loc.* add. Pryckmann. *tract. de venat. cap. 2. num. 34. & seqq*

Ita *Simias* quoque, ac *Pavones* per sylvas errantes occupanti similiter cedere persuasum habent, quamvis facilè dignosci, ac antiquus earum possessor intelligi queat, exoticæ enim feræ, si ex custodia effugerint, æquè nullius sunt, nisi quis usu fori receptum doceat, hujusmodi feras pro mansuetis haberi, vid. Thomasius ad Strauch. *Ex. 6. th. 28. pag. 71. Item ejusd. diss. de Jure Colorum. cap. 3. §. 98.*

Thes.

Thes. III.

Hæc *autem* omnia *ita procedunt*, si scil. iste animus non revertendi in bestiis *ultrò* se ostendat, nam si alterius *insidiis* factum, ne consuetudinem suam servent, qui ita eripit, tenebitur furti. *l. 8. §. 1. ff. fam. hercisc. l. 37. d. furt.* Hinc justam quiritandi, rogandique causam apud Virgil. *l. 17 Æneid.* habuit *Sylvia*, quod cervus ejus, qui animum revertendi non deposuerat, ab Ascanio sagitta confixus fuisset Mascard. *tr. de probat. concl. 157. num. 8.* Pryk. *d. tr. de venat. c. 2. n. 12.* Ita si vicinus alterius columbis inescationes ponat, tantùm abest, ut occupantis fiant, ut etiam is, qui cepit, se furti reum faciat. *arg. l. 8. §. 1. famil. hercisc. & l. 36. l. 37. ff. de furt. l. 5. §. 5. A. R. D.* Capol. *de servit. cap. 27.* Fritsch. *in corpor. juris venat. for. f. 699.* Geswen. *ab Essbach ad* Carpzov. *Ipr. For. part 4. const. 36. ad defin. 1. Coll. Jur. Argent. de A. R. D. num. 9.* ibi *& furti aliquem teneri &c.* ubi simile jus esse tradit. Si quis falconem, aut accipitrem compeditos ceperit, *wann er gefässelt ist*, non secus ac is, etiam, qui anates, alices, seu allectatrices sustulerit, cum Glos. *weichbilds ad art. 118. num. 7.* add. B. Dn Colleg. D. Harpprecht. *de venat. precar. p. 31. & 32.* ubi quærit *quid sentiendum sit, de illis feris, quæ in Sylvis circumseptis vagantur*

Thes. IV.

Multò magis 2. à nostro *objectó removenda animalia mansueta*, quæ nostra permanent, licet ita au-

aufugerint, ut neque fint in nostr. conspectu & ubi ea fint, nos ignoremus, vel quocunque modo hoc acciderit, ut aufugerint. *l. 44. ff. de A. R. D.* Reithler. *ad §. 6. Vinn. eod.* Bachov. *ad Inst. f. 2. d. 20. th. 2. l. E.* add. Franzk. *ad d. §. 16.* & qui ea detinet animo lucrandi, etiamsi ignoraverit cujus fint, furto adstringitur §. *16. J. de R. div. l. 5. §. 6. de A. R. D.* add. *pr. de vi bonor. rapt. l. 21. pr. l. ult. ff. de furt.*

Hinc si Lupus ovem meam, aut vulpes gallinam rapuerit, ea mea manet, mihique restituenda est, licet alius opera, aut explodendo sclopetum, aut canibus suis ex lupi, vel vulpis quasi faucibus eripuerit, *l. 44. ff. de A. R. D.* ubi expressè ita hoc statuitur Vinn. Ludwell *in Comment. Inst ad d §. 16.* & B Harpprecht. *ibid.* Bachov. *ad tr. 2. disp. 20. th. 2. lit. E. C. I. A. d. tit. num. 15 in fin. conferatur consil. Joh Chrysostom. de porco, à lupo pastori erepto in consil. Illustrib. 32. part. 6. fol. 62.*

Non *obstat*, quod venator legitimo titulo porcum acceperit. *vid. §. 12. Inst. de R D* nam *regula* illa ex allegato § tantùm obtinet *in feris bestiis*, præfata autem animalia, non ferarum bestiarum, sed pecudum appellatione æstimantur vid §. *quòd autem J. ad L. aquil.* & tantùm de iis animalibus, quæ nullius sunt: in nostro autem casu talia animalia sunt in nostro dominio: *minus officit*, quòd talia animalia animum revertenti habere desierint, & sic cedant acquirenti juxta §. *15. I. de R. D.* cùm *canon* iste, *quòd animalia eo usque tua intelligantur, donec animum revertendi habeant*, loquatur

mino in Museum gingritum edidit, & sic se cum occultatore prodidit: gignunt autem *anates domesticæ*, succum *melancholicum*, quia volatu se minus exercent, præterea cæno & iis, quæ è culinis evertuntur ali solent: meliores sunt *Sylvestres*, quia liberiori aëre & aquis gaudentfluentibus Voss. *d. tr. lib. 3. fol. 1238.*

Quorum *Sylvestrium* captura Principum *ærario* maximè prodest. Klock *tr. de Ærario lib. 2. c. 5. num. 116.* ubi ad experientiam provocat. *Anseres* autem *domestici* variis usibus inserviunt, *adultiores* autem febrem concitant, ideò edendi potius *juniores.* Voss. *d. l. 3. fol. 1253* Anseris Epitaphium eleganter expressit. Dn. Hofmann vom Waldau *in seinen Pœtischen Grabschrifften. fol. 86.* sequentem in modum:

Der Schwingen bestes Theil führt manches Fürsten Hand.
Die Gurgel traget zwirn, die Feder ehrt das Land.
Wird dieser kleine Raum auf das Privet *genommen.*
So ist die Grabe Schrifft zu ihrem Cœrper kommen.

Sunt etiam VIGILES, quo facit carmen quod de ansere confecit, Tscherning. *in seinen teutschen Gedichten. p 292. seq.*

Mein Schnattern ist verhaßt, doch hatt es sehr genützet,
Dein Capitolium, *Rom, ward dardurch geschützet,*
Samt dem (a)Propertius *sticht mich der*(b)Maro *an:*
Es wünscht mich (c) Tullius *vom Vorweg ausgethan.*

(a) *lib.*

(a) *lib. 2. 23.* ibi : *Nec si minor ore canorus : Anseris indocto carmine cessit olor.*
(b) *Interstrepit Anser olores.*
(c) *Anser Poeta* impudens fuit, cui *Falernum* fundum *Antonius* donaverat. Hinc *Ciceronis* ille sarcasmus *De agro Falerno Anseres depellentur. Philipp. 13.* Taubmann. *in Virg. Maron Eclog. IX. p. 93.*

De *Suibus* quoque idem placet ; quod nec hi occupanti cedant. Nam & sues *pecudum* appellatione continentur : Quia similiter gregatim pascuntur. *Dann sie werden unter der Ruthen getrieben.* vid. *§. 1. Inst. ad L. aquil. junct. §. 10. J. de R. D.* mansuefacta autem animalia semper in casu dubio, præsumuntur alicujus, & tamdiu nostra manent, quamdiu non est difficilis eorundem persecutio *l. 1. ff. de A. R. D.* vid. B. Stryke *in usu moderno. ad tit. de A. R. D. §. 9.* ideò in dubio, procul dubio, non fiunt capientium sed in illis potius furtum committitur : *per d. §. 16. & l. 18. §. 1. ff. famil. herisc.* vid. Carpzov. *in prax. crim. part. 2. qu. 82.*

Idque, sive majoris sive minoris sint pretii, nam & *ovi* fit furtum, & cujusvis rei minimæ. *d. §. 16. d. l. 5. §. 6.* ibique commentat. add. Müller ad Struv. *tit. de furt. pag. 799.* ibi *objectum furti ferarum constituunt ipsa avium ova, quibus interceptis & ablatis omnes fructus & multiplex Principis commodum extingui necesse est*, add. *Novell. 69. cap. 1. §. 1.* vid. Dn. Stryke *de Jure Princip. aëreo cap. 4. num. 3.* Ita ipse *DEUS* præcepit ne *parentes unâ cum pullis auferantur.* Deuteron. XXII. 7.

CAP.

CAP. XI.

De objecto venationis quoad tertium requisitum occupationis.

Thes. I.

UT autem *feræ bestiæ nostræ fiant*, *insuper requiritur*, ut *plenè sint occupatæ*: quod fit, dùm in nostram potestatem pervenerunt, nobis scientibus. *l. 3. §. Neratius de acquir. possess.* Vinn. in Ipr. *Contr. d. loc.*

Hinc infertur, quòd fera bestia bombardæ ictu, vel ita vulnerata, ut capi possit, nondum tamen vulneranti videatur quæsita. *per §. 13. J. de R. D. cum not. Vinn. C. I A. d. tit 1. l. 16. 41. d. loc.* addatur Krebs *tr. de ligno & lapide part. 1. class. 2. sect. 7. §. 2.* Aliud enim est *persequi*, & *vulnerare*, aliud *occupare*, per quem actum demùm fera bestia fit capientis. *arg. l. 55. de A. R. D. l. 1. §. 1. de acquir. possess.*

Et multa accidere possunt, ut talis bestia, etiam lethaliter vulnerata, non capiatur seu apprehendatur. *d. §. 13. Vel* quia accurrens alia fera illum progredi vetuit, *dum* vulneratam eripuit, *vel* denique in prosequendo in aspera, atque in occulta loca concessit, ut vulnerans investigare eam amplius non possit, *d. §. 13.* unde istud *vulgatum*, *multa cadunt inter calicem supremaque labra.* de quo Erasmus *in adagiis*, & ut Gellius *13. cap. 16.*

nachsetzen, und selbiges in frembder Forst niederwerffen kœnne: und kan es, so lang der Jæger dasselbe verfolgt, aus dessen Handen mit Recht nicht genommen werden, wie dann ein gleichmæssiges mit den Hunden, so das Wild Verfolgen, angehet. add. Meurer *von Forstrecht. p. 2. tit. wie man das Wild jagen soll. Es wird auch sonst erfordert, wo dem Wild nachgegangen wird, daß ein Wild an dem Ort, wo es verwundet worden, verbrochen werde.* i. e. *Die Jæger sollen einen Zweig nehmen, und solchen in die Erden, gegen den Orth, wo das Wild hinflieht, einstecken, oder an den Orth hinlegen, wo sie das Wild gefællt haben.* Ertel. *in praxi aurea cap. 7. obs. 8.*

Thes. II.

Feram autem in nostro *fundo excitatam, & vulneratam, da es schweißt*, etiam *in alieno licet persequi, modò* ad eam capiendam nihil *novi fiat, veluti* cum ulteriori sclopeti explosione, *aut* inflatu corniculi venatorii, *vel* canum incitatione. Schneidewin. *ad § 12. J. de R. D. num 4.* Georg. Schultz. *in Synops. Inst. ad d. tit. de R D. lit. K.* Richter. *p. 1. dec. 16.* eod. Mor. *d. loc.* Perez. *ad cit. loc. de venat. ferar.*

In quo concordat *Jus. Saxon. in art, 61. lib. 2.* ibi: *Jagd ein Mann ein Wild ausser dem Forst, und folgen ihm die Hund in den andern Forst, er mag wohl nachfolgen, also, daß er nicht blase, noch die Hund anhetze, und mißthut daran nicht, ob er das Wild fahete, seinen Hunden mag er wohl wieder ruffen.* idem asserit. *gl. Waichbild. art. 121. num. 12. ibi. Verwundet einer ein Gewild, ausser seinem Geheg, er mag ihm wohl folgen, in den Hag,*

 sein

sein Horn soll er aber nicht blasen, noch hetzen, sondern dieweil er es siehet, so folget er ihm billich (ob er es mag fahen) entgehet es ihm aber, es ist dessen, der es begreifft. C. J. A. *de A. R. D. th. 17.*

Quod & in aliis Germaniæ locis ita observari dicit, & in hoc *debere attendi* consuetudinem venatorum, unâ monet ex Schneidewin. *ad* §. *11. J. de R. D.* displicet sanè illud Harppiechto *in* §. *fera, n. 270. ex ea potissima ratione*, ne jura forestarum confundantur, & ex illa confusione turbæ, & lites oriantur. add. B. Dominus Stryke *diss. de via facti Princip. Imperii permissa.* qui in hoc casu quousque feram, quam jam in suo persequi ceperat, Princeps, in alterius territorio prosequi liceat, hâc *distinctione* rem expedit.

An eam jàm in suo vulneraverit, an non? hoc casu illud non licere, eique ingredienti alterius territorium armata manu resisti posse, existimat. arg. §. *12. ff. de R. D. cum medices de venat. p. 1.*

Benè verò Illo casu, ita tamen, ut id fiat absque inflatu corniculi venatorii, & incitatione Canum. uti dictum *ad d.* Richter. *p. 1. dec. 16.* §. *4.* add. Klock. *consil 29. num. 545.* Joh. Nicol. Hertius *diss. de superiori territ. p. 305.* Besold. *in thes. pract. ad verb. Jagen,* & ibi Richter. Ubi ex constitut. *Ludovici Friderici refert. Wann einer in seinem Jagen ein Thier geschossen, oder ihm einen Fang gegeben, davon es nicht gleich gefallen, so mag er nach Weidmanns Brauch, die Nachfolge haben, so lang er Schweiß spühret, und so er solches in einem andern Bezirck erlegt, oder für sich selbst fallen würde,*

de, soll es ihm ohnweigerlich gefolgt werden. add. Generos. Dn. Vit. à. Seckendorff. *im teutschen Fürsten-Statt. p. 3. c. 3. Resp. 5.* vid. etiam Mohr *tr. de jure venandi p 1. cap. 8. n. 27. & seqq.* & omninò Schilter. *Exerc. Theor. pract. 45. th. 11. de fera lassata.* impeditus autem ab alio, quo minus vulneratam feram prosequatur, & capiat, hic injuriarum & in factum tenebitur. *l. 13. §. ult. ff. de injur. l. 55. ff. de acquir.* Locamajer *ad Inst. ad §. 13. de R. D.*

Thes. III.

An *autem subdutus, vel alius quisquam feram aliquam, quam in der freye Pursch investigare & venari ceperat, etiam in vicinam sylvam vel alium locum* usque, *da die freye Pürsch sich geendet, prosequi, ibi denique capere, & impunè occupare possit?* inquirit Besold. *in thes. pract. voc freye Pursch.* Et non posse, eidem verius videtur. Etenim isthanc loci qualitatem, ut quilibet in eo promiscuè valeat venari, tàm diu feras omnium prædæ exponere, inquit, quàm diu in loco illo versentur, *so lang sie sich in der freye Pürsch halten*, postquàm verò excesserint, amplius illius loci periculo minimè subesse, cùm solo non cohæreant, nec soli naturam, vel proprietatem sequantur, sed liberè per agros & sylvas vagentur, consequens ergò esse, ut vi qualitatis isti loco competentis, non nisi in eo ipso loco capi queant. cum Covaruv. & Noë Meurer. *d. tr. p. 2. tit. wann man das Wild jagen soll.* Quæ autem animalia in escam cedant, vel non cedant. de eo vid. Devt. cap. XIV. & ibi commentatores: inprimis carnivoris planè abstinendum; aquatilibus

 ve-

vescimur, sed difficilius concoquuntur. De alimonia autem avium, & earundem, quantum nobis præstent in cibum, deliciis. vid. Vossius *in d. tr. lib. 3. cap. 90. & seqq. fol. 1218. & fol. 1220. 1223.* De usu autem multiplici in medicina, vid. *in lib. 3. fol. 1147.* De earum facultate loco motiva *d. lib. 3. cap. 87. fol. 1203.* Ut & de avium vocibus variantibus. *fol. 1280.* & varia earum distributione *lib. 3. cap. 78. fol. 1149.* Cameli autem, an sub feris, an jumentis contineantur? de eo vid. *textus in l. 2. ff. ad legem aquil. & L.* Voss. *in d. tr. lib. 3. cap. 71.* add. Histor. Judith. cap. II.

CAP. XII.

De Forma Venationis Essentiali.

Thes. I.

FOrma *Venationis essentialis* consistit in illa *facultate legitima, capiendi feras bestias, quæ nullius adhuc sunt.* Hoc *ipso* autem, dùm dicimus *capiendi*, distinguimus nostram venationem ab *arenaria*, quæ fit in arena, quippe quæ notoriè non eo fine instituitur, ut feras quis capiat, dùm antehac jam captæ, & sic non amplius in naturali libertate constitutæ sint, sed ut cum iis depugnet, *l. 8. §. 12. de pœn.* add. *l. 122. pr. de Leg. Nov. 105. cap. 1. l. 31. de pœn.* & ibi Brunnem. Dn. Textor. *de jure venandi pag. 9. th. 5.* Et olim Imperatores plures bestias ad *Comitatum*, id est *Aulam*, vid. Calvin. *in lexic.*

Jur.

Jur. sub vocabulo Comitatus, transmitti curarunt venationum, & pugnarum ludicrarum causâ, ferasque bestias in venationibus æquè ac pugnis magis usui fuisse, deprehendimus: *ultra 7. autem dies intra singulas Civitates* h. e. in singulis Civitatibus morari non licuit, & hanc *sanctionem*, si quis violaverit, in eum pœna statuta est, *ut 5. auri libras solvat*, quam summam singulos violatores, si plures concurrunt, praestare lex jubet, *in l. un. C. de venat. ferar.* add. *l. un. C. de tract. & stativis*, & quia ad *fiscum* hæc mulcta spectat, hinc eam inter pœnas criminales refert. Thomas *de noxa animal. cap. 29 §. 29. num. 31.* Inter *Christianos* autem hic damnandus ludus venatorius abrogatus est, nisi quod magnus *Moscoviæ Dux Basilius.* hac *pugnâ* sæpius delectatus sit, vid. Happelius *in relationibus suis curiosis p. 2. fol. 715.* add. Sigismundus ab *Herberstein in sua Moscoviæ descriptione.* & D. Bruckm. *de Regalib. p. venat. cap. 3. num. 9.*

Thes. II.

Inprimis autem differt *VENATIO*, seu bannum ferinum: *die Wildbann*, quod nobis dicitur à fera, *Wildt*, & non à Sylva, *Wald*, ita denominatum, quod jus saltem potestatem investigandi, prosequendi & capiendi feras, ultrà verò non complectitur. Besold. *in Thes. Pract. voc. Forst. vers inter venationem:* Harpprecht. *ad d. §. 12. n. 263. J. de R. D.* Knipschild. *de Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 40.*

Hac ratione *à Jure Foresti, vom Forst Recht*, quod

quod ex recepta Germaniæ consuetudine, alia quoque jura, videlicet præcipiendi, & prohibendi de rebus ad venationem pertinentibus in se continet, ac inter alia in specie, jus saltuarios, seu curatores sylvarum, *Holtz oder Waldfærster*, qui abusus sylvarum amoliuntur, constituendi, *welchen zu ihrer defension Büchsen zu tragen erlaubt ist*, non banno serino, sed jurisdictione forestali cohæret, ita docentibus Wehnero *observ. pract. voce Forst-Recht*, Besoldo & Knipschildio *d. locis* Mylero *d. tr. cap. 73. n. 6.* Cujus *capita* sunt, ferre leges sylvestres, seu forestales, *Holtz oder Wald und Forst-Ordnungen zumachen, und* mandata *zu publiciren, und die Verbrecher zu straffen. C. 7. A. de tit. lib. 41. de A. R. D.* Besold. *Consil. 3. num. 4. & in Thes. Pract.* voce, *Forst*, Harpprecht *ad §. 15. 7. de R. D. num. 228.* Myler. *de Princ. & statibus Imperii pag. 2. cap. 73. n. 6.* Hertius *diss. de superior. territ. pag. 302.* Mev. *pag. 6. dec. 258. num. 1.* Knipschild. *de Civit. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 44.* Prohibere bombardarum portationem & explosionem, *verbiethen Geschoß zu tragen, im Forst zu schiessen.* Item ne arbores fructiferæ, exscindantur, *daß die gebæhrende Baume nicht außgehauen werden.* Wehner *d. loc.* Dn. Harpprecht. *ad §. 12 7. de R. D. num. 129.* Knipschild. *d. cap. 7. num. 64.* Myler. *d. loc.* aut ne arbores extirpentur, *das unziemliche Baum abhauen in den Færsten zu verbieten.* Knipschild. *d. tr. l. 2. cap. 7. num. 49.* Nec non, *ne subditi nimis acutos palos in sepibus ponant*, quibus feræ transcendere intendentes facilè transfigi possunt: *die spitzi-*

ge

ge Zaun verbieten und abschaffen. Schœnbron. *in Politia, lib. 5. cap. 29.* Besold & Knipschild *cit. loc.* de quo etiam infra.

Quo etiam spectat, *die Erlaubnuß Haselnuß zubrechen*, item *jus pastulandi, vel pascendi sues*, eos immittendi tempore glandium, *die Schwein in das Aeckerich einzuschlagen*. vid. Fünckelthusi *cum not. Norici disp. 3. controv. 15.* Knipschild *d. l.* Mev. *p. 6. dec. 258.* B. Dn. Collega D. Harpprecht. *d. diss. th. 60. num. 46.* Krebs *de ligno & lapide pag. 1. class. 4. sect. 3. §. 13. cum seq. Glandes legendi & depascendi, Aicheln und wild obß zulesen, oder dieses alles zu verbiethen.* Wehner. *in observ. voce Forstrecht*: porrò concedendi jus lignandi, & separandi ligna arida, & mortua ab arboribus & frondibus, ut venatio feracior efficiatur, & commodior; *dürre Holtz-Scheiden*, Knipschild *d. l. n. 59.* add. Noë Meurer *de Jure venandi pag. 1. cap. 2. ubi monet, daß wann das Wild in der Brunst, daß nicht erlaubt seye, dergleichen Holtz zufallen, oder auß dem Wald zufuhren, auch nicht ausser der grœsten noth zur Zeit, wann das Safft in den Baumen ist.* Berlich. *p. 1. conclus. 61. num. 126.* Brunneman, *ad l. 1. Cod. ad. 2. Aquil.* Noë Meurer. *d. tr. p. 7. pag. 213.*

Et jus graminis defalcandi, *die Grasens Gerechtigkeit*, Knipsch. *d. cap. 7. num. 60.* vid. Gail. *l. 2. obs. 68.* Besold. *in Thes. Pract. voc. forst.* Wehner. *d. rubr. Forst-Recht. vers. item das Jetzt.* Kyllinger. *d. disp. Conclus. 5. lit. B.* Neuhan. *de Jure venandi conclus. 194.*

Item prohibere, ne per resinatum abrasionem, lædantur arbores, cujus etiam est prospicere, ne sylvis cæsis, jamque renascentibus, *die jetzo mit Holtz besliegen*, damnum inferatur, vel pecus ad certum tempus immittatur, *die junge Hau biß auf das vierte oder fünffte Laub, nach Gelegenheit der Sach, zu verbieten, und die in solchem verbottenen Hau gegraset, Vieh getrieben, mit Axt oder Hauen darein gegangen, oder sonsten Schaden zugefügt, zu straffen*, quod vocatur *Zainung der jungen Hau*, Knipschild. *d loc. num. 51.* vid. Bidenbach. *qu. nobil. 9.* Myler. *d. loc.* ubi huc quoque refert, *exactionem avenæ saltuariæ seu forestalis*, in vernacula *Forst und Hunds Habern*, in signum & Symbolum Jurisdictionis *saltuariæ* concessum. *Und daher wird dieser Hundshaber, auch der Jegerhaber genannt.* Besold. *d. loc.* add. omninò Hunnius *de Jure venandi* apud Fritschium *th. 5. fol. 230. & seq.* item *der kluge Beamte fol. 700.* apud eund. Fritsch. de pastu in sylvis prohibito. vid. Krebs. *part. 1. Class. 2. sect. 3.* & de facultate sylvam præmuniendi à pastu pecorum in *vasciculo. qu. miscellan. qu. 17.* ad quam Jurisdictionem forestalem etiam pertinet *die Hundsbenglung*, scil. ut ad colla canum appendantur fustes. Hunnius *d. loc.* quod solet fieri in Martio & Majo.

Idque ne canes, ad agros & sylvas excurrentes, queant feras assequi, sed ut in cursu impediantur, ac venationi nullum fiat præjudicium, seu damnum. Besold. *d. loc.* Krebs. *tract. de ligno & lapide part. 1. class. 11. sect. 7. §. 1.* Unde, si canis

nis absque tali numella in agris, vel sylvis deprehendatur, Dominus ejus, ob neglectam legem subjicitur pœnæ pecuniariæ. vid. laud. Krebs. *d. loc.*

Meretur tamen Dominus excusationem à pœna, si canis fustem appensum fortuitò amisisset, dum in sylvâ aut agris deprehenderetur. vid. Krebs. *alleg. loc.* Meurer, *im Jagd und Forst-Recht, part. 2. tit. was für Mittel deren man sich in forstl. Spanen und Sachen nach Gelegenheit zu gebrauchen. vers. daß mit den Hunden, da einer ohngefahr einen Bengel verlœhre, oder darum käme, mit dem keine Gefahr der Straff halber gebraucht werde.* Cujus tamen excusationis veritas probanda est ab allegante, satisque videtur probata, si vel notorium esset, vel vicini attestarentur, canem antea semper habuisse fustem in collo alligatum. Krebs. *d. loc. add. consil. 45.* apud Fritschium *in corp. Juris Forestalis fol. 937.* Quo etiam pertinet *inductio operarum venatoriarum.* Besold. *citat. loc.*

Et Jus cognoscendi de controversiis Forestalibus, & vindicandi delicta circa leges forestales, seu in foresta commissa, die Verbrecher und Ubertretter der Wald-Forst-und Jagd-Ordnung zu straffen. Knipsch. *d. loc. num. 43.* Hertius. *d. loc. pag. 325.* add. pluribus Rulandus *part. 4. de commiss. l. 2. cap. 8. n. 43.* Matth. Steph. *de Jurisdict. l. 2. part. 1. c. 7. memb. 1. num. 141.* Besold. *in Thes. Pract. d. voc. Jagd.* add. *voce Wild-Bahn,* Stryk. *in notis* ad Schüz. *tit. de Jurisdict.* in usu moderno, ubi plura utilia, & in praxi necessaria circa jurisd. forestalem tradit. Et omninò Fritsch. *in corp. Juris forest. fol. 699. & seq.*

ubi

ubi *in fine* §. *12.* adducit: *daß etwas unnützliches seye dieses, daß dem Forst Herrn auch zu kommen solle, die Ballacherey der Pferd, der Schnitt Nunnen machen, Vieh Verheilung*; Item *den Waasen zu verleyhen, Kleemeister, und dergleichen zu ordnen.* vid. Knipschild. *de nobilit. cap. 5. num. 282. & de jurib. Civit. Imperial. l. 2. cap. 7. num. 67. ubi n. 60.* ad hoc jus forest. etiam refert apes feros, *die Wild-Imen*, de quibus vid. *fürstl. Würtemberg. Forst-Ordnung part. 3. tit. von Imen fol. 107.* item erectionem lapidum & columnarum terminalium, *die Wald-und Holtz Gemarcke, Hagsaulen, Hasen-Sau'en auffstecken. num. 68.*

Quæ differentia *Juris venandi* à Jure forestali, vel *inde* etiam patet, quòd *diversa* planè *sint nomina.* Nam *Jurisdict. Forestalis, die Fœrstliche Obrigkeit. Venatio, Wildbahns Gerechtigkeit, Iag Gerechtigkeit* nominatur, & *aliud* est *Jager-oder Willdmeister*, aliud *Forstmeister.*

Ille enim præficitur Venationibus, ejusque officii est, omnia solicitè instruere & ordinare, quæ venationi conveniunt, *stellet die Iagden an, und ordiniret alles, was in der Iagerey vorfællt, unter welchem stehen die Jagd-Junckern, Wildmeister, Jagd-Pasche, unter Jager, und Jagd-Bediente.*

Hic sylvis & nemoribus, seu cujus cura, *in curâ* sylvarum & nemorum consistit, ut sc. curet, ne per excisionem arborum sylvæ devastentur, reliquaque ad sylvas spectantia procurat.

Unter welchem stehen die übrige Forst-Bediente und Forst-Knecht, B. Textor. *dissert. de Jurisdict. ter-*

territor. c. 6: th. 140. quos etiam constituit & destituit,pro iis etiam ædificia construere facit. Knipsch. *de Civitat. Imperial. lib. 2. cap. 7. num. 40. & 46. & 47.* add. Besold. *in Thes. vocab. forst.* ibique novissimè *in addit.* Dieter. Speidel & Wehner. *ead. voce.* Dn. à Seckendorff. *im teutschen Fürsten Staat. part. 3. Reg. 5. §. 5. & seqq. der kluge Beambte*, apud Fritschium *vom Iagd und Forst-Recht. fol. 696. & seqq.* Anonym. *in d. tr. pag. 43.* add. etiam Illustr. Lynck. ad Struv. *S. J. F, aph. 28. num. 1.* add. Fritsch. *d. tr. d. loc.* Ertel *in prax. aurea cap. 34. obs. 2.* add. Hunnius *dissert. de jure venandi* apud Fritschium *th. 5. pag. 230.* quid autem præfecto sylvarum cedat loco sportularum vid. Krebs. *p. 1. cl. 4. s. 1. & p. 1. cl. 6. s. 1. & 16.*

Thes. III.

Concesso autem Jure Foresta, seu Jurisdictione Forestali à Principe, non statim merum Imperium circa res Venatorias & à venatione dependentes concessum intelligitur. arg. l. 6. ff. de offi.. proconsul. l. 1. ff. de offic. ejus cui ma dat. jurisdict. omn. judic. Et cum sint diversa & separata habeantque suas proprias & discretas differentias essentiales, malè fit illatio ab uno ad alterum. *l. f de Calumniat.* Mynf. *dec. 2. Resp. 16. n. 31.* Heig. *qu. 15. n. 55.* Noë Meurer. *vom Jagd-und Forstrecht. part. 2. rubr. ob der Hohen Obrigkeit, die Forstliche Anhang. f. 32.* Gilmann. *Symphor. tom. 2. P. 3. tit. 10. not. 2. n. 29. & 30. 31.*

Nec valet hîc *regula*, qua dicitur, *uno concesso, censeri quoque translata reliqua, sine quibus*

id

id expediri non posset; cùm officium suum perdat. Quandò res concessa commodè explicari potest, sine eo, quod expressum non est, Bolong. *in d. l. de Jurisdict.* Paul de Castro *in l. 1. C. de ordin. Cognit.* add. Besold. *in thes. pract. voc. Forst. p. 259.* B. Dn. Hertius *de superior. territ. pag. 326.* add. Ertel. *in prax. aurea cap. 34. obs. 2.*

Venatio autem *Conservari*, & defendi potest, *authoritate* Magistratus *ordinarii*, implorando ejus auxilium, etiam, si is ad Forestum à Principe datus, non sit, per se & jure suo facinorosos venatores coërcere nequeat. Et licet Princeps & judices forestum habentes, plerumque puniant ferarum insidiatores, hoc tamen non faciunt *jure foresti, sed vi & potestate superioris Jurisdictionis*, quam aliàs habent.

Quod si tamen consuetudo inveterata in medio sit, quòd habens jus foresti pariter de criminibus cognoscere, & pœnam promeritam infligere possit, tunc aliud dicendum erit: *arg. l. 8. C. de div. offic. l. 12. l. f. de aqu. & aqu. pluv. arcend. cap. contingit. x. de for. compet.*

CAP. XIII.

De Forma Venationis Accidentali.

Thes. I.

FOrma *Accidentalis* respicit *modum & formam legitimam venationis*, quoad *quam* tenendam. 1.)

Quòd, venationem in proprio fundo, salvo permissu Juris Naturæ adhuc usurpans, liberè, & absque ullo impedimento eam exercere possit, usque adeò; ut propter damnum & incommodum, quod exinde vicinis fortè infertur, venatio inhiberi nequeat. *arg. lib. 24. §. 7. & l. 26. ff. de damn. infect.* Dum modò venationis causâ in alienum fundum, contra domini voluntatem nihil ponat, injiciat vel immittat. *l. sicut. 8. §. Arist.. 5. ff. si servitus vindic.*

Ex quo deducitur, si propter venationem in sylva mea institutam, feræ ex propinqua sylva ad alium pertinentem fugantur, non esse justum, à vicino comprehendi eam; quin imò, si quis jus venationis in fundo alieno Jure *servitutis* habeat, poterit is etiam venationis causâ, in fundum huic servituti obnoxium, retia, vel alia quævis instrumenta ven∙oria ponere, immittere, injicere, etiam cum incommodo & detrimento illius, ad quem fundus pertinet. *l. in diem. 9. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. 1. §. 5. si servit. vindic.* Si modò venationem jure servitutis in alieno sibi competentem, absque tali immissione, injectione, vel importatione uti non possit, concessa enim servitute, ea omnia, sine quibus servitus expediri nequit, tacita consequentia data esse intelliguntur. *l. 2. de jurist. omn. judic. l. ad rem immobil. 56. ff. de procurat.*

Secus autem est in *illis*, sine quibus servitus exerceri potest, & hæc equidem contra domini Consensum, & in ipsius detrimentum, in fundo

do servituti obnoxio, agi non debent, neque possunt. *per text. in l. si cui. 9. de servit. & per l. in fundo 38. de R. V.*

Ex quo eleganter colligitur, quòd is, qui jure venandi alieno in fundo gaudet, non possit tempore messis cum devastatione frugum venationem exercere; cùm alio tempore absque damno & detrimento domini eam instituere possit.

Thes. II.

Jure tamen præscriptionis induci potest, ut in alieno fundo tempore messis, & sic cum frugum devastatione venari liceat. *arg. l. sicut. 3. l. omnes 4. Cod. de præscript. 30. vol. 40. annor. C. licet. 8. l. de Jure delib. ubi omnia Jura per præscriptionem quæri & induci possunt*, cur igitur non & hoc jus?

Sed & illud constat, quòd, quæ pacto vel privilegio dari possunt, eadem etiam præscriptione quæri queant. post Felini. *in cap. accedentes n. 6. de præscript.* Modest. Pistor. *Consil. 14. n. 27. vol. 1. quod est consil. 7.* apud Fritsch. *in corpore juris venatorio forestalis fol. 787. num. 27. 28. & fol. 694. aus den klugen Beambten de jure venandi.*

Atque tale jus expressa conventione per dominum fundi concedi posse, probat. *l. in diem ff. de aqu. pluv. arcend. ubi probatur, conventio, qua dominus facultatem vicino largitur aquam in fundum ejus cum detrimento & incommodo immittendi*; infertur igitur, quòd ejusmodi jus venandi similiter per præscriptionem induci possit, nec *infringitur hæc decisio, si objicias*, neque conventione

per-

permitti, neque præſcriptione induci poſſe, ut impunè delinquere liceat, quod fiat hac venandi licentiâ conceſsâ, hoc enim procedit, tùm demùm, ſi conventio principaliter ad eum finem tendat, ut delinquendi facultas inducatur, ſeu concedatur, *ſecus verò ſe habet*; ſi conventio vel præſcriptio ad finem talem principaliter non directa ſit. Tunc enim, & ſi per conſequentiam damnum, vel detrimentum alicui inferatur, conventio & præſcriptio tamen valebit. *d. l. in diem, ff. de aqua pluv. arcend.* volenti enim non fit injuria. *l. 5. ff. de injur.* Et ſufficit ſemel conſenſum adhibitum fuiſſe, quem poſtea mutare non licet. *l. videamus. 17. ibi ſufficit ſemel perveniſſe ff. quod metus cauſ.* add. *l. 5. Cod. de legib.*

Conſenſiſſe autem *intelligitur*, non tantùm, qui expreſsa conventione tàm liberum jus venandi in ſua ſylva alteri concedit, verùm etiam qui ſciens tale jus in ſuo exerceri, & præſcribi patitur. *l. alienationis. 28. de V. S. l. 44. §. 9. de condit. & dem. l. 3. §. 1. quæ in fraud. credit.* Aut dicendum, quòd is, qui ex conceſſione, vel præſcriptione venationem intempeſtivo tempore exercet, & damnum frumentis infert, nihil delinquat, cùm volenti non fiat injuria, ut modo dictum, nec *damnum* eſſe *intelligatur*, quod quis ſua voluntate incurrit.

Et Conſenſus Domini *tacitus*, vel *expreſſus*, omne delictum, & omnem injuriam excludit, *d. l. 1. ff. de injur.*

S *Theſ.*

Thes. III.

Ad modum autem legitimum venationis observandum, multum referre volunt alii. *utrum venatio* in aliena sylva, *simpliciter*, & absque omni restrictione concessa sit, vel sub certo modo. *Primo casu*, ex illis poterit is, cui *e. gr.* in feudi concessione facta est indiscreta venationis Concessio, omnes cujusvis generis feras, sive *majores*, *das hohe schwartze, oder grobe Wild*, sive *minores*, *das kleine Wildbret*, quovis etiam tempore, quibusve actibus, decipulis, & instrumentis in aliena sylva CAPERE, quod tamen iterum cum *hoc* accipiunt *temperamento*, quòd si in sylva venationis servituti obnoxia, *vivarium* sit, in quo feræ circumseptæ vagantur, nostro sermone *Thiergarten*, posse eum, cui facta est à domino indiscreta venationis Concessio, in eodem *vivario* venari, & feras quidem occidere, dùmmodo idem ferarum numerus, qui tempore constitutæ servitutis erat, conservetur, & in locum occisarum, propagatione aliæ substituantur. *arg. l. usufructuarium 62. §. 1. ff. de usufr*, add. *C. J. A. de aquir. rer. domin. num. 14. in fin.* Et habet, inquit, quod sibi imputet concedens, cur non restrictius fuerit locutus, *nisi* fortè strictior significatio vocabulo *Jagen*, ex usu Regionis, aut Curiæ adhæserit, quos inter est B. Hertius *de superior. territ. p. 305.*

Aut venatio præscriptione tantùm acquisita sit, quippe ubi obtinet regula Juris illa, tantum præscriptum, quantum possessum, *in l. 18. §. fin. ff.*

ff. de acquir. vel amittend. possess. c. 3. de Reg. Jur. in 6. Hertius *d. l.*

Nos tamen existimamus, in hac speciali concessione venationis à Principe in sylvis *mit Jagd-Gerechtigkeit*, indubio tantum de minoribus eam concessam intelligi feris, non verò majoribus; cùm hoc jus non facile soleat quoad majores à Principibus concedi, *arg. c. 4. extra de postulat. prælat.* vid. Exc. Dn. Colleg. D. Schweder *in clausulis investitur in feudal. th. 33.* add. B. Dn. Colleg. D. Harpprecht. *de venat. precar. th. 20.* Et Fritschius *in corp. Jur. Venat. Forest. fol. 1127.* B. Stryke *de salvo Jure Principum c 1. n. 21.* add. *de jure superflui c. 3. num. 17. & 18. & differt. de Et cætera. c. 4. num. 7. & 12.* item *in examine Juris feudal. cap. 8. qu. 24.* Brunnemann *centur. 5, decis. 61.*

Ita probata quasi possessione trajiciendi feras sclopetis & bombardis, *durch Birschen und Schiessen*, non mox probatum, quod idem canibus, & vice versa liceat, cùm à separatis & diversis, malè inferatur. *lex fin. ff. de calumniatoribus.* Et sicut in sylvis venatio sclopetaria, ita in campis & agris venatio *canibus* instituta, magis est nociva, vid. Brunnem. *decis. Cent. 2. dec. 15.* add. B. Maurit. *vol. 2. consil. 1. n. 11.* Wehner. *ad tr. voc. Forstrecht.* Similiter is, qui in alieno stagno jus piscandi habet, occidere quidem pisces poterit, dùmmodo hunc in occidendo modum observet, ut non omnes extinguantur, sed alii relinquantur, quorum propagatione, qui occisi sunt, re-

S 2 præ-

præsentari possint. Cæpoll. *de servit rustic. præd. arg. d. l. usufructuarium.* Eleganter Ludovici, à Mola *lib. 1. cap. 22. num 9. de primogenit.* vid. Perez. *ad tit. C. de venat. ferar. num. 12. l. 62. §. 1. de usufr.*

Thes. IV.

Sed & *temporis modum* in venatione quàmvis indiscretè concessâ, tacitè inesse *putamus,* nec enim meo judicio potest, cui facta est hujusmodi concessio, crebras exercere venationes, eo tempore, quo feræ pariunt, vel fætum nutriunt, v. gr. in aucupio, *zur Zeit der Brut*, nec ova exinde tollenda, quæ etiam capi prohibentur, *in dem Widerstrich, und Widerflug.* Otto *in der freyen Bürsch-Beschreibung. fol. 227. & 288.* Nec eo tempore venatio concedenda, quo nulla est ferarum bonitas, nec usus eorum magnoperè utilis. *arg. d. l. 9. de servitut. & l. 38. de rei vindicat.* Sebast. Medic. *de venat. part. 1. qu. 11.* vid. Fritsch. *disput. de convenatione membr. 4. cap. 15.* & Khraisser. *tr. de venat. cap. 22.*

Nam in concessione, quantumvis indiscreta & generali, venire non solent, quæ dominus facilè & in specie concessurus non esset. Hujusmodi enim Concessio, secundum præsumptam concedentis mentem interpretanda venit, *l. 6. ff. de pign. & Hypoth.* Arumæus *d. disc. 19. th. 47.* & faciunt huc notata Covaruv. *2da parte. recus. §. 8. num. 3.* Sebast. Medic. *p. 1. qu. 11. de venat.* ubi notant, hoc tempore venationem & aucu-

pium

pium prohiberi posse, ne fiat nimia depopulatio ferarum & avium. add. Khraisser. *de venat. cap. 2.* Arumæus *d. disc. 19. cap. 149.* Hermann. Hermes *in fascic. Jur. publ. cap. 11. p. 2.* Dn. à Seckendorff. *d. Regal. 5. p. 6. p. 408.* ubi scribit, *um desswilien ist zu der Hohen Jagd, Hirsch und Schweine, die Zeit von dem Hohen Sommer, biß zu End deß Herbst, als etwa von Trinitatis biß Andreæ, oder Joh Baptistæ biß Weyhnacht; Zu dem niedern Waidwerck, von Bartholomæi, biß Faßnacht, oder Ægydii, biß Petri bestimmt. In der andern Zeit aber die Ubung deß Waidwercks bey Straff verbotten. So ist auch nicht VVaidmannisch bey dem nassen VVetter jagen.* vid. Noë Meurer *von Jæger Kunst-Stücken. cap. 10.* quoad quod tempus etiam aliæ leges praescribuntur, ex. gr. quod illo saltem tempore venari debeat, quando concedens ipse in loco, *wann er selbsten zur Stell oder Gegenwart ist*, vel tùm demum, si Princeps in illo districtu, cervinam, vel aprinam venationem, jam ipse expedierit, *wann der Fürst allbereit seine* Recreation *in der Hirschbrunst, oder Schweinhatz in solchem Bezirck gehabt*, vel quando vicini Principes venari desierunt. Killing. *de jur. venand. th. 4. lit. D.*

Thes. V.

Quando autem venatio in aliena sylva non *simpliciter*, sed *sub certo, & determinato modo, sive tenore concessa est, modus concessioni adjectus, exactè strictèque servari debet*, nec eum excedere licet, sed

reliqui modi omnes videntur esse exclusi *per text. in l. 4. ff. de servitut. l. 17. ff. de aqu. & aqua pluv. arcend. & l. 13. ff. de servit. rustic. præd.* ubi JCti responderunt, *modum servitutis, in Concessione præscriptum ab illo, cui debetur servitus, etiam atque etiam observandum esse, generaliter* enim modus concessioni adjectus eam adstringit, ut non liceat à modo concesso transilire. Cunanus in *l. quidam testamento 96. in pr. de legat. 1.* jungatur *arg. l. 5. ff. mandati, & limitata* causa, limitatum parit effectum. *l. ff. de A. R. D.* Decius *Consil. 183. col. 2.* Cravetta *Consil. 711. n. 5.* Dn. Harpprecht. *ad* §. *12 J. de R. D. num. 240.* add. Brunnemann. *Cent. 2. decis. 15. in fin.* Fritschius *aus dem klugen Beambten. fol. 698.* Ex quo etiam regulariter ad literas concessionis recurrendum, & ex ejus visceribus, cujusvis talis dubii decisionem petendam venire. *arg. eorum quæ dicat.* Carpz. *in J. F. part. 3. cap. 32. def. 17. num. 11. pen. & ult.* d. Struv. *in S. T. F. cap. 1. aph. 11.* add. Krebs. *tr. de ligno & lapide p. 2. class. 6. sect. 4. §. 20. & 43. ubi quomodo juris venandi fines terminentur lapidibus finalibus tractat.*

Thes. VI.

Ex quibus *infertur Imò.* si dominus sylvæ alteri venationem certis & statis temporibus exercendam concedat; quòd ille, cui facta est hujusmodi concessio, præscriptum tempus in venatione diligenter observare debeat, nec alio tempore venari possit. Id quod diversis in locis diver-

verſum eſt, vid. Dn. Harpprecht, *d. l. p. 47.* Dn. à Seckendorff. *de Regalib. 5. §. 6.*

Infertur *IIdò*, ſi locus, ſeu diſtrictus in venatione certus, expreſſus, ſeu aſſignatus ſit, puta, ut liceat, hac vel in illa parte ſylvæ venari, quòd is, cui facta eſt hæc conceſſio, non poſſit in alio loco, vel alia parte ſylvæ venationem inſtituere, ut reſponſum integrum apud Becmannum *in uſu pract. J. F. Ex. 7. num. 48. exhibet.* Struv *d. l* Excell. Dn. Collega Dr. Schweder. *de Clauſ. inveſt. feudal. th. 33.* Khraiſſer. *d. tr. de venat. cap. 4. num. 1. & ſeqq.*

Infertur *IIItio*, Si Dominus Sylvæ, alteri venationem cum *retibus*, tantùm ſylvam ferarum capiendarum gratiâ cingendi, ſive circumſepiendi, (quod *Hagen, oder im Heeg zuſchlagen* dicunt) conceſſerit. Is, cui facta eſt iſtiusmodi conceſſio, nequeat cum canibus venationem exercere, ſeu feras perſequi, Principum enim beneficia, in iis, quæ in illorum detrimentum vergere poſſunt, latiſſimè interpretari non debemus; & à diverſis ad diverſa malè infertur. Rugger. Rulandus *de Commiſſar. lib. 5. cap. 8. num. 5. & ſeq.* vid. B. Stryk. *in uſu moderno ad tit. de A. R. D. §. 7.* B. Johannes Harpprecht *ad dictum §. 12. J. de R. D. n. 251. add. num. 274.* Carpz. *deciſ. 287.* Brunneman. *ad l. 3. num. 6. de conſtit. princip.* laud. Collega Dn. Harpprecht. *d. diſſ. pag. 51.*

Hinc è diverſo Jus venandi ſclopeto, vel canibus, v. gr. *Lepores* in agris inſectandi, *von Strick außzujagen*, conceſſum, non continet etiam jus

venandi per retia, & tendicula. *Es kan einer Macht haben Wildbrett zu pirschen, und zu hetzen, aber keine Tücher und Garn aufzuziehen*, si tamen, statuto pacto, vel præscriptione, subditis permissa foret venatio per jactum lapilli, vel baculi hoc ipso quoque concessum videtur, ut possent venari per tormenta manuaria, ferasque bombardis trajicere. Klock. *de contribut. cap. 3. num. 200.*

Infertur *IVtò. Si Dominus Sylvæ facultatem dederit, alteri insectandi, & capiendi minora animalia, das kleine Wildpret, non censeatur tribuisse facultatem capiendi feras majores*, nec vice versa minores capere poterit. *l. 4. De servit. arg. l. 5. ff. mandati* ubi notatur, quòd fines facultatis concessæ diligenter sint custodiendi, quia non frustra fuit addita determinatio *majorum*, & à diversis nihil infertur. *l. f. de Calumniatorib.* Harpprecht. *ad d. §. 12. de R. D. num. 240. C. J. A. de A. R. D. num. 15.* Petrus Müller. *in Jpr. Elem. disp 17. th. 2.* vid. Fritsch. *fol. 1117.* Carpz. *decis. 287.* add. Dn. Collega Schweder. *de Claus. investit. feudal. cum pertinent. th. 33.* B. D. Harpprecht. *de Venat. Precar. pag. 48. & 49.*

Nec obstat hisce *Regula* illa *vulgata*, *quòd, cui concessum sit majus, eidem etiam minus concessum esse videatur*, *juxt. l. 21. de R. J. cap. 53. de R. J. in 6. arg. l. 7. §. fin ff. de donat.* Cùm hæc *Regula* non obtineat in *mandatis* & *facultatibus per modum conventionis alteri concessis*, in quibus modus concessionis strictissimè observandus est, neque procedit, semper argumentum à majori, ad minus, *per text.*

in

in cap. quamvis cum ibi notatis de præbendis in 6. Harpprecht. *d. loc. num. 236.* Sic Præsides Provinciarum olim jus gladii habuisse patet. *ex l. 6. §. quia universitas ff. de officio Præsidis*, & tamen deportare iisdem denegatum fuit, *l. 2. §. 1. de officio Præsidis l. 6. §. 1. ff. de interdictis & relegatis.* Nec à beneficio Principis, quòd illud latissimè interpretandum sit, *juxta l. 3. ff. de Constitut. Princip.* Argumentum procedit: quando id ad certam & diversam speciem directum est, & specialiter ad Principem Jure Regalium pertinet, ubi nullus interpretationi latissimæ, sed potius strictissimæ, ne successori præjudicetur, locus datur. *l. 25. §. 1. ff. de legat. 3.* nec in unâ specie ad aliam extensio fieri debet, aut ab uno ad aliud est firma consequentia. l. Harpprecht. *de pag. 49.* B. Stryke *in usu moderno ad tit. de A. R. D. §. 6.* Neque etiam refragatur *arg. l. 1. de servit. rustic. præd. & pr. J. S. P. Urb. & Rustic.*

Nam, quod ibi traditur, eum, qui alteri actum concessit, iter etiam dedisse intelligi, ex veri similitudine procedit, quoniam verisimile est, eum, qui actum dedit, iter denegare noluisse. Cujus verisimilitudinis ratio ex eo colligitur, quia nihil interest, actum concedentis, per suum fundum, iri per eundem fundum. *At in proposita specie verisimile non est*, eum qui concessit facultatem majores feras venandi, minorum quoque ferarum venationem dare voluisse. Cùm itaque in omni concessione, id quod veri simile est, attendendum sit. *l. Titius §. cujus de liber. & posthum.*

hun. statuendum est, quòd concedens majorum ferarum venationem, non intelligatur de minoribus feris sensisse. vid. tamen etiam Besold. *in Thes. pract. voce Jagen, vers. concedens potestatem* Finckelthaus. *obs. 41. num. 17.* Molin. *ad lib. 1.* System. Candi *de A. U. O.*

Interim non negat Harpprechtus *ad* §. *12. de R. D. num. 244.* Concessione generaliter seu indefinitè facta, facultatem venandi omnis generis feras, & nobiliores, seu majores, permissam intelligi, quoniam indefinita oratio à lege prolata universali æquipolleat, ut sic, quod in genere & absolutè dicatur, ad omnes species, extendi debeat. *per l. 1.* §. *generaliter. ff. de legat. præst. l. 1.* §. *hæc verb. quæ in fraud. cred.* Carpz. *in J. F. P. 3. const. 32. def. 16. num. 16.* vid. etiam Illustr. Rhet. *J. F. 2. num. 147.* Klock. *1. Consil. 28. num. 581.* Sixtin. *de Regalib. l. 2. cap. 18. num. 47.* add. Hertius *de superior. territ. pag. 305.*

Nos tamen, salva tantorum *virorum* authoritate, ab iis divortium facimus, & in casu scil. dubio tantùm de minoribus hoc jus concessum esse censemus, cum Finckelthus. *obs. 41. per tot.* B. Mylero *ab Ehrenbach, in d. tr. de Princip. & Stat. Imperii d. l.* & Illustr. Dn. Strykius in E. J. F. *qu. 22. & diss. de necessitate edendi titulum possess. cap. 3. num. 85.* Et Excell. Dn. Collega D. Schvvedero *diss. de Clausul. investit. feud. th. 33.* B. Textor. *de Jure venandi th. 18.* Petro Müllero *in Jurispr. Element. d. disp. 17. th. 2. lit. a.* Brunnem. *decis. cent. 5. dec. 6.* add. Fritsch. *in corp. Juris venatorii forestal.*

in

in Joh. Christoph. Herold. *forest. consult. decision. 1. f. 1117.*

Cùm hoc jus non facilè soleant, quoad majores feras, magnates concedere. *arg. cap. 4. x. de postulat. prælat.* Nec hoc præsumendum sit, *arg. c. fin. x. de offic. vicarii* & ut testatur Heigius *pag. 2. qu. 15. num. 56. cum seqq. quem refert C. J. A. de A. R. D. num. 15.* vid. Stryk. *de probatione pertinentiarum c. 2. n. 129. & in E. J. F. cap. 9. qu. 22.* ubi hoc *limitat.* Si mores provinciæ contrarium suadeant: aut Antecessores venationem majorum quoque ferarum exercuerint, tunc enim verba privilegiorum, & investiturarum ex usu & observantia dicuntur interpretationem recipere: laudat. Stryck. *d. cap. 2. d. loc.* add. B. Dn. Collega Dr. Harpprecht. *in diss. de venat. precar. Von Gnaden-Jagden. th. 20.* vid. B. Textor. *d. dict. diss. de jure venandi 9. th. 16. Ubi illud etiamnum hodiè observari tradit, quòd Nobilibus, ne in propriis quidem sylvis concessa sit venatio aprorum, cervorum & similium ferarum, nisi id privilegium speciatim in literis investiturarum tribuatur.*

Quàmvis quoque altioris seu majoris notæ ferarum venatio & nominatim *des rothen und schwartzen VVildbrets* mentio injecta sit, tamen non obstante hac generalitate verborum, venatio ursorum *die Beeren-Jagd* concessa non intelligitur. laud. Dn. Collega. *d. loc.* Harpprecht. *ad d. §. 12. num. 247.* Meurer. *P. 2. pag. 16. & 32. d. diss. de venat. precar. p. 49. & 50.* Aliud tamen dicendum esse, si concedens generalibus, & in-

innixam voluntatem ostendentibus verbis, v. gr talibus usus fuerit: *Alles VVaidwerck wie das Namen haben mag*, contendit Waizenegger *de venat. cap. 4. num. 29.*

Quemadmodum etiam, si jus venandi ad Personam ipsius accipientis restrictum sit, aut aliàs ad certas personas, hujus concessionis termini excedi non possint. vid. D. Harpprecht. *de venat. precar. p 34.* poterit tamen per alium exerceri. *arg. l. 3. §. ult. ff. quibus modis usufr. am. junct. l. 38. de usufr.* add. §. *1 J. de usu & habitatione.* Vinnius *ibid. num. 5.*

Thes. VII.

Quod autem *de modo* venationis per *Conventionem* alteri Concessæ observando allatum est; Illud ad illam venationem porrigi debet, quæ per *præscriptionem* in aliena sylva fundove acquisita est. Nam & hæc venatio ultra modum & limites præscriptos non erit extendenda, si quidem præscriptio stricti Juris est, nec dehinc ultrà suos terminos, de casu ad casum, de persona ad personam, de modo ad modum, trahenda est, tantùm enim præscriptum quantum possessum. *l. 18. §. f. ff. de A. A. poss. l. 1. §. Julian. ff. de itin. actuque privat.* Cravetta *Consil. 922. num. 11.* Hertius *de superior. territ. d. p. 305.*

Proinde, si quis *immemorialis temporis spatio* in fundo alieno, certis instrumentis, puta cum retibus venatus fuerit, hocque modo venandi exercitium præscripserit, cum aliis instrumentis

(puta

(puta cum canibus) eodem in fundo venari minimè poterit, prout in simili resp. Modest. Pistor. *Consilio 70. num. 16. vol. 1.* Joh. Harpprecht. *Part. 1. disp. 10. num. 23. in fin.* add. Maurit. *Consil. Chilon. 1. num. 10. 11. 12.*

Atque insimili traditur, quòd, si quis dicat, se præscripsisse jus colligendi *pedagium*, intelligatur id sibi quæsivisse, in illis solummodò rebus, de quibus docetur exegisse pedagium, & in quibus apparet ejus usus, secus in aliis. Brunnem. *in l. si quis publica in f. de publ. Judic.* & idem Brunnem. *in l. 1. §. si quis hoc Jure d. itin. actuque privato.*

Eâdem ratione *minorum ferarum* venationem in aliena sylva non poterit vigore ejus præscriptionis maiores *feras* occupare, & sic è contra: e. g. si quis hactenus saltem lepores, apros, & capreolos ceperit, jure verò capiendi cervos non fuerit usus, per hanc capturam minorum ferarum non inducitur præscriptio, quantùm ad feras majoris generis B. Dn. Stryk. *diss. de non usu Juris. cap. 3. num. 41. & seqq.* per exercitium tamen inferioris venationis retinetur superior. vid. infra *cap. 18. de contrariis.*

Thes. VIII.

Hinc *quæri potest*, si *quis per immemoriale temporis spatium in aliena sylva cervos tantùm venatus est, utrum per hoc exercitium temporis immemorialis jus apros capiendi adeptus sit?* Quod videtur primo aspectu negandum esse, cùm *præscriptio,* uti

uti modo dictum, juris sit *strictissimi*, nec de re una ad aliam extendi debeat, verissima tamen est affirmativa. *arg. c. cum. x. de decim.* ubi traditur, quòd si quis tanto tempore perceperit decimas in quibusdam fructibus; quòd hoc ad præscriptionem sufficiat. Licet sint quidam fructus, quos non percepit, vel nunc aliud quid seminatum quod antea, debeantur tamen decimæ etiam illorum fructuum, quos antea non perceperit, quià in hujusmodi decimarum præscriptione non debeat haberi respectus ad fructus, qui percepti sint, sed *ad jus decimarum in genere*, & hinc infert ibi Panormitanus, quòd, si *quis inde exerceat actus jurisdictionis occurrentis, animo utendi jurisdictione naturali generali, quod post jurisdictionem completam possit jurisdictione uti, etiam in aliis casibus occurrentibus.* Atque ita, *etsi in quadragesimo anno non contigisset ibi homicidium, tamen, si is, de quo agitur, punivisset alia scelera, post præscriptionem completam poterit punire etiam homicidam.*

Huc confert. quod Dominus Cyn. Salicet. Comment. *in l. 1. in f. C. de Emancipat. liber. scribunt.* Quòd, *qui utitur uno actu jurisdictionis, videatur omnibus actibus, qui possunt sub una specie jurisdictionis comprehendi; uti:* & ita, qui per tempus ad præscriptionem sufficiens usus est quibusdam actibus simplicis jurisdictionis, non tantùm præscripsit jurisdictionem, in illis actibus, quos exercuit, sed etiam in omnibus aliis, sub ea specie comprehensis: Ita, qui exercuit aliquos actus meri Imperii, Imperium in genere, sive in omnibus

bus actibus ſub uno actu comprehenſis, præſcriptionem quæſiviſſe intelligitur. *arg. l. 8. §. f. ff. quem ſervit. amitt.* latè Modeſt. Piſtor. *Conſil. 4. num. 42. & ſeqq.*

Eadem igitur *ratione*, qui majorem venationem certis animalibus, puta cervis capiendis immemorialis temporis ſpatio uſurpavit in aliena ſylva, non tantùm in hoc actu, ſed in actibus omnibus ad majorem venationem pertinentibus, eam exercuiſſe, atque adeò præſcripſiſſe intelligatur, nec tantùm cervos poſt abſolutam præſcripitionem, ſed etiam apros, aliasque feras majores occupare poterit, non obſtante eo, quod præſcriptio Juris ſit ſtrictiſſimi, nec plus intelligatur præſcriptum quàm poſſeſſum. Ad hoc enim reſponſum ſuppeditat, *d. l. ſi ſtyllicidii. 8. §. f. ff. quem ad ſervit. amitt.* ubi docet JCtus, *eum qui ſervitutem in parte rei, vel circa partem rei exercet, intelligi totam ſervitutem uſurpaſſe*: Cui conſequens eſt, ſi quis cervos pluribus annis aliena in ſylva ceperit, quod per hoc exercitium, integram quoque ſervitutem majoris venationis uſurparit. Sicque non jus tantùm occupandi cervos, ſed apros etiam ſimilesque feras majores præſcripſerit.

Theſ. IX.

Ex his etiam infertur, ſi quis pluribus annis aliena in ſylva venatus fuerit, etiam, ſi non in omnibus & ſingulis, ſed quibusdam tantùm illius ſylvæ locis, eum tamen, poſt legitimum præſcriptionis tempus effluxum, non iis tantùm locis,

qui-

quibus exercuit, ſed *aliis omnibus*, ad eam ſylvam pertinentibus, venationem inſtituere poſſe, quia exercens venationem, quibusdam in locis ſylvæ, eo animo, quod putet, ſe jure in tota ſylva ſibi competente, id facere in univerſa ſylva atque adeò in omnibus, & ſingulis illius ſylvæ locis venationem exercuiſſe intelligitur. *d. l. ſi ſtyllicid. quemad. ſervit. amitt.* add. *l. 3. ff. de acquir poſſeſſ.* ubi *ingrediens aliquam partem fundi, totum fundum poſſidere incipit*, quo facit, quòd in ſimili quæſtione deciſum eſt, eum qui exercet merum Imperium quibusdam in locis territorii, vel Civitatis, eo animo ut univerſam Civitatis vel territorii Jurisdictionem uſurpet, in tota civitate vel territorio,& qualibet ejus parte merum Imperium præſcripſiſſe intelligi poſſit. Panormitanus *Conſil 71. col. 2. lib. 2.* Oldranus *conſil. 17. col. fin.* Roman. *conſil. 368. col. fin.* Socinus *conſil. 7. col. 2.* de quo modo ſupra.

Theſ. X.

Sed *quæritur porrò, utrum, qui venationem ferarum in alterius ſylva, vel territorio præſcripſit, ibidem aucupium exercere, & aves capere poſſit?* quod negandum cenſemus, quoniam tantum legitima præſcriptione acquiſitum quantum poſſeſſum, non amplius: præſcriptio enim ſine poſſeſſione vel quaſi non procedit *l. 18. ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ. l. 1. §. ſi quis de itiner. actuque privat. l. 25. l. 44. §. de uſu l. 8. de R. J.* Cùm igitur in propoſito ferarum tantummodò venationem præſcribens exercue-

cuerit. nec occupatus ibidem fuerit, consequitur eum post præscriptionem ita completam feras solummodò capere, aucupium verò non instituere posse.

Et quàmvis præscriprio naturalis ad alios etiam extendatur actus, juxta superiora, hoc tamen tantùm procedit, in illis actibus, qui sunt ejusdem speciei cum actibus, quos proscribens exercuit, secus verò est in actibus, qui specie differunt à Jure quod præscriptum est, nam ad hos præscriptio nequaquam extenditur. *e. gr.* si quis exerceat unum actum simplicis Jurisdictionis, intelligitur acquirere, vel præscribere Jus Jurisdictionis simplicis quoad omnes alios actus, qui sunt de illa specie Jurisdictionis, sed virtute hujus Jurisdictionis, non poterit usurpare actus meri Imperii, quoniam hi specie differunt ab actibus simplicis Jurisdictionis. *Similiter* siquis exercet unum actum mixti Imperii, tanquàm ejusdem speciei exercere. Cæterùm actus meri Imperii ab actibus mixti Imperii, tanquàm specie differentes non poterit exercere.. Alexander. *Consil. 68. col. pen. vers. non obstat. vol. 2.* Socinus *in c. cum contingat. col. antep. qu. 6. de for. conspect.*

Jam verò expeditum est, quòd ferarum venatio diversa sit ab aucupio, quoniam per *Illam feræ*, per *aucupium aves* occupantur. Aliaque ratio & forma est capiendi feras, alia verò aucupandi. Certè enim separatorum separata debet esse ratio. *l. 20. de minor. l. fin. ff. de calumn.* nec ab uno ad aliud licet inferre. *l. 10, C. de probat.* Barbos. *locuplet.*

plet. voc. separata axiom. add. *auß dem klugen Beambten* apud Fritschium *in contract.* §. *6. num. 4. fol. 692.*

Thes. XI.

Atque *hinc* etiam *infertur*, quòd is, qui *venationem* in alieno territorio longissimi temporis exercitio præscripsit, non possit virtute illius præscriptionis *piscationes* in lacu seu fluminibus ejusdem territorii instituere, siquidem venatio, & piscatio specie inter se differunt, seu sunt separatæ conditionis species, ut dehinc præscriptio in uno facta, ad alterum extendi non debeat, nec possit. Cùm à separatis, uti modò dictum est, illatio non benè fiat, *l. 7. §. 1. ibi propriam ac separatam conditionem habent. ff. pro emptore l. 83. §. sanam ff. de V. O.*

Porrò permittendum non est, quod ad modum venationis pertinet, ut ea promiscuè liberè, aut illo anni tempore instituatur, quo damnum infertur satis, & crescentibus in herba fructibus. vid. Cyriac. *Spannenberger tr. von rechtmæßigen Jagen fol. 34.* add. B. Lansius *in orat. contr. Britanniam pag. 458. & seqq.* Feschius *de revenat.* apud Fritsch. *in suo tr. part. 1. th. 3. fol. 628.*

Thes. XII.

Illud autem *controverti solet, utrum consuetudine vel præscriptione induci possit, ut prohibeantur subditi stantibus & adhuc pendentibus fructibus latratores canes alere, qui feras abigant?* quam consuetudinem, sive præscriptionem subsistere non putamus, *tùm* quòd ejusmodi consuetudo & præscriptio irrationabilis videatur, & propterea non admit-

mittenda. *cap. 1. dist. 8. c. f. de consuet.* §. *f. d. J. N. G. & Civili.* tùm etiam, quòd publicæ utilitati talis consuetudo obnoxia sit; nam publicè interest, sata & frumenta ad sustentationem hominis condita, à feris non depastari. *arg. l. divus. ff. de re Judic.* quæ dehinc improbanda. *arg. l. f. C. si contra jus vel utilitatem Publicam. & C. venerabilis de prabend. & l. omnes.* ibique Brunem. *de decurionib. non obstat*, quòd omnia jura præscriptione quæri, seu induci possint consuetudine. *L. omnes. l. sicut. C. de præscr. long. temp. l. hoc Jure de aq. & aqu. pluv. arcend.* Illud enim procedit, si jus, quod per præscriptionem, sive consuetudinem inducere volumus, rationabile sit, nec publicis commodis adversetur; secus verò, si jus præscriptione quærendum, irrationabile sit, & publicæ refragetur utilitati, quo casu, neque præscriptione, neque consuetudine obtineri potest. vid. Gail. *lib. 2. obs. Pract. 68. num. 10. 12.* consentit. Bocer. *in Comm. Inst. ad* §. *12. de R. D. num. 38.* Quòd etiam constitutione Serenissimi *Mauritii Electoris peculiari* concessum est rusticis, sed ut canibus minoribus, qui feras lædere non possint, eas abigant, seu expellant, *daß sie mit denen Hunden, die nicht Jagd-Hunde seyn, das Wildbrett abscheuchen mœgen. Lands-Ordn. tit. von Abscheuchen des VVildbrets, von Getraide C. J. A. de A. R. D. de venat. th. 19.* vid. *F. Würtemberg. Lands-Ordn. tit. von Abscheuchung deß Wildbrets von dem Getraidig. l.* §. *49.* ibi : *So haben wir den Leuthen, so innerhalb, und an unsern VVildbahnen gesessen, gnä-*

diglich zugelassen, daß sie mit kleinen Hunden, die nicht Jagd-Hunde seynd, das VVildbret abscheuchen, & *p. 147.* ibi: *sonderlich aber sollen die arme Leuth nicht geschlagen noch vergewaltigt, vielweniger ihnen ihre Äcker zu vermachen, oder das VVildbret mit kleinen Hunden abzuscheuchen gewehret werden.* add. *Landtags-Abschied de anno 1565. fol. 185.* & *seq.* ibi: *gebührlich einsehen, verfügen, damit das VVildbret nicht hauffend zu schaden des armen Manns, und seiner Feld-Güter überhand nehme.* vid. Paul. Matth. Wehner. *Von Veränderung der Regimenten. pag. 222.* de propria autem hac tuitione adhibenda. vid Merckelbach. apud Klock. *P. 1. consil. 30. n. 15. 18.* & *20. cum seqq.* & *peculiaris dissert.* Henrici Hildebrandi *de conservatione ferarum nociva von schädlicher Hegung des VVilds. ubi de occis. harum ferarum. ait* §. *20.* & *seqq.* Et si feræ excurrerint, & sato fuerint depastæ, ad damni restitutionem teneri eum, qui jus venandi habet, censet. Gail. *l. 2. obs. 8. num. 12. arg. l. 11.* §. *item ff. ad L. aquil.* & *Jus. Sax. art. 61. lib. 2. Gloss. ibid.* unde commune proverbium: *Jagen zur Lust, und dem armen Leuthen zu Leyd, das VVild schirmen, und den Leuthen schaden, daran hat der Teufel Freud.* B. Textor. *d. diss. de jure venandi th. 33.*

Thes. XIII.

Atque *ex his etiam deducitur*, nec Illam quidem *consuetudinem*, sive præscriptionem tanquàm publicæ utilitati pariter adversam, induci posse,

quâ

quà prohibentur rustici agros suos frumentis consitos sepibus, & sudibus munire, quibus feris animalibus ingressus includatur.

Hoc enim omninò justum est, si subditi tributorum onera ferre debent, ut etiam eorum bona, contra ferarum damna hac ratione defendere ipsis permissum sit, & quilibet in re sua moderator & arbiter est. *l. 21. C. mandati.* Meur. *von Forstl. Oberherrlichk. P. 1. pag. 53.* Sed quid, si *populares sepes nimium altos constituant, aut cum palis in supremitate acutis, ut feræ, pabuli quærendi causâ transilientes, in iis facilè defigi possint?*

Hanc *Circumseptionem*, qua feris periculum creatur, *popularibus*, iis in locis, quibus venatio interdicta, *non esse liberam*, sed ipso Jure prohibitam, censemus. Quicquid enim in fraudem alieni Juris agitur, legibus prohibitum censetur. *arg. l. 8. §. 20. ff. de transaction. l. 1. § 1. ibique* Gloss. *ff. naut. Caup. Stabul. l. 1. §. ille. a. C. de latin. libert. toll.*

Toties autem in fraudem aliquid fieri intelligitur, quoties invicem actus prohibiti alius surrogatur, in quem prohibitio non cadit, dummodò effectus idem sequatur. Brunnem. *in l. 1. si ex nox. causa. & in l. qui servus. de stipulat. serv. latè Græv. consil. 8. 62. num. 13.* add. Ertel. *in praxi aurea cap. 7. observ. 6.* ubi addit: *Daß in Bayerland den Bauren auch erlaubt, daß sie kœnnen mit Gebengelten Hunden, oder mit Anzündung eines Feuers, oder mit Machung eines grossen Geschreyes,*

oder mit blinden Büchsen schiessen, das VVild von den Feldern abhalten.

Et quamvis unicuique permissum sit, non solùm corpus, sed etiam bona, contra inferentem damnum & injuriam, tueri & custodire, hæc tamen tuitio & defensio, sic moderanda est, ut, quoad ejus fieri potest, citra detrimentum & jacturam offendere volentis exerceatur. *l. 5. pr. l. 45. §. 4. ff. ad leg. aquil.* Cùm igitur *populares*, quod â feris metuunt damnum, citra earundem internecionem evitare possint, *sepes* non tàm periculosos faciant, vel feras ex agris suis abigant, consequens est, talem circumseptionem tàm periculosam, & quia feris insidiæ struantur, ut transcendere intendentes transfigantur, ipsis illicitam esse. vid. Meurer *im Jagd-und Forstrecht. p. 2. p. 39. §. und was, wie, und wie viel Beschwerden von wegen deß Forsts. item tit. wie die Zaune zu Beschützung der Früchten, oder Baumgütter wider das VVildbret zu machen. d. pag. 53.* Besold. *in th. pract. voc. Forst.* ibi item: *Abschaffung spitziger Zaune.* item *Part. 1 consil. 14. tit. 4.* Knipschild. *de jurib. ac privileg. civit. Imperial. l. 12. cap. 7. num. 6.* Fritsch. *opusc. von Jur. publ. & priv. tr. 22. §. 17.* Krebs. *de ligno & lapide Part. 1. class. 12. sect. 8. §. 26. 27. num. 2.* vid. etiam *C. J. d. tit. acquir. rer. Domin. num. 19.*

Ex quo *porrò illud infertur*, quamvis fera bestia hominem impetens, seu lædens, non obstante venationis prohibitione per superiorem interpositâ, impunè occidi queat. *arg. l. un. C. de venat-*

nat. ferar. junct. l. 2. & 3. C. ad l. Cornel. de sicar. Petrus Müllerus *in. jur. prud. Elem. d. disp. 17. th. 2.* Noë Meurer *von Forstl. Oberherrlichk. Part. 1. von Forstl. Gerechtigk. p. 52.*

Quod tamen *licitum non sit, feram in agris nostris deprehensam, & frumentis damnum inferentem capere, vel occidere*, cum facilè abigi, & in fugam converti possit; facit ad hoc *l. 39. §. 1. ff. ad L. acquil.* ubi constitutum est, *quòd nemo possit alienum pecus, quod damnum in agro ipsius intulit*, capere, *vel includere*, sed *abigere*, quasi suum deprehendisset, & propter illatum damnum proprias actiones adversus dominum pecoris experiri licebit. vid. inde Seckendorff. *d. tr. p. 3. c. 3. Reg. 5.* §. *1.* add. tamen Mev. *p. 1. dec. 34. num. 13.* Et licet privatis quoque damnum à venatione illatum resarciendum sit. Ziegler *de Jurib. Majest. l. 1. 4. num. 29.* Schilter. *Resp. 4. ad ff. th. 17.* hoc tamen non aliter intelligendum, quàm si culpa quædam venatorum concurrat, aliàs privati suos ipsi custodire tenentur agros. Berger. *d. diss. th. ult.* add. *de jure venat. forestali consil. 3.* apud, Ahasv. Fritsch. *in corpore Juris venat. forest. p. 2. 56.* etiam *c. 1. in decision. decis. 8. p. 1167.*

Imo si nulla efflagitata medela sequatur, tunc nocivas sibi bestias, agros depopulantes, & hac vastatione deprehensas interficere licere. *arg. l. 4. ff. de L. acquil. l. 1. C. quando liceat unicuique sine judice se vindicare. junct. leg. 21. de R. J.* vult. Nicol. Eberhardi Junior. *consil. 10. num. 57. vol. 1.* Thomas Merckelbach apud Klock. *p. 1. consil. 30. num. 9. & 15. 18. & 20.* add. Gail.

 lib.

lib. 1. observ. 145. Hernius Hildebrand *de conserv. ferarum nociva.* §. *19.* ubi tamen *in* § *seq.* hanc viam facti domini venationis propriis subditis in occidendis feris non æquè competere arbitratur, sed hos judicialibus duntaxat remediis contentos esse oportere, quibus tamen non facilè, nec hæc concedenda putat, per *artic. 5. Capitul. Leopoldinæ*, & recessum Imperii novissimum. §: *105.* subditi autem dominum suum coram austregis etiam in hujusmodi præsentis damni per feras illati causâ convenire possunt. *Ordin. Cameral. Part. 2. tit. 4. in fin.* Blum. *in process. Cammeral tit. 27. num. 62.* Gail. *lib. 1. observ. 1. num. 62.* Mynsing. *cent. 5. observ. 1. num. 2.*

Remedia autem ad futurum damnum evitandum, sunt cautio de non amplius turbando. *l. 12. ff. si servit. vindicetur.* vid. Klock. *Part. 1. consil. 30. num. 24.* & in defectu probationis, mandata sine clausula, de quibus in *ordin. Cameral. Part. 2. tit. 23.* vid. Merckelbach. apud Klockium *p. 1. consil. 30. n. 26.* Caute tamen in decernendis mandatis, ad instantiam subditorum contra dominos proprios proceditur. Dum non statim nudis horum narratis creditur, sed constitutionibus Imperii provisum extat; ut literæ *informatoriæ* primùm exigantur ab illorum dominis, contra quos querelam putarunt movendam, recessus Imperii *de anno 1654.* §. *105. artic. 18. Capitul.* Leopoldin. & Josephinæ *artic. 17.*

Thes. XIV.

Huc *etiam pertinet* illa *Quæstio*, *utrum qui jus*

jus venandi habet, prohibere possit globum in sylva venatoria emittere, ne feræ propter gravem sonum bombardarum in alias sylvas fugentur? Ad quam *hac distinctione respondemus*, quòd habens venationem in sylva, utique prohibere possit, ne quis absque urgente causa globum emittat, vel bombardam explodat. *arg. l. 4. §. si quis. ff. si servit. vindic.* Ubi JCtus *respondet:* quòd *ad diminutionem servitutis, vel ad impedimentum ejusdem, non possit quispiam aliquid facere, vel instituere.*

Cum igitur globorum ferramentorum emissio, venationi ferarum, quæ ad dominum loci pertinet, impedimentum inferat, aut saltim numerum diminuat, cum ex sonitu bombardarum disturbentur feræ, & sua lustra derelinquant, *es wird durch das Schiessen verscheicht, und geht aus dem Bogen oder Stellung flüchtig, wordurch die Jages*-Recreation *in vielerley verringert wird.* vid. Ertel *in praxi aurea cap. 7.* ubi *das Bürschen* concessum esse monet subditis Bavariæ. add. Harpprecht. *ad §. 12. in Inst. de R. D. n. 251.* consequens est, quod dominus venationis indiscretam bombardarum explosionem prohibere possit; quod si autem *proprii corporis*, vel *bonorum defendendorum necessitate* exonerare bombardam impellatur, vel alia quavis ratione ad hoc urgeatur, non obstante ulla prohibitione globus emitti potest. *per text. l. 49. §. 1. ff. ad L. acquil.* Ubi constitutum est, *quòd corpus & bona nostra etiam cum alterius innocentis damno & jactura tueri possimus*, si citra damnum & injuriam alterius salva hæc conser-

T 5 vari

vari non possint. vid. Bidenbach. *Controv. Illustr. q. 17.*

Thes. XV.

Cum porrò non rarò pluribus in aliena sylva hoc Jus venandi competat, usufructuarius illius sylvæ venatoriæ, non poterit in nocumentum domini, venandi jus habentis, *grandes & annosas arbores una vice, seu cumulatim excidere. ac ad quæstum suum transferre*, his enim remotis, feræ bestiæ Latibula ponere, in locum tutum se convertere partumque fovere aut alere impediuntur, hocque modo imminuitur, aut aufertur venationis commodum, notissimi autem juris est, quod cum ita jus venandi multò deterius reddatur: jus quæsitum alteri sine facto suo non debeat auferri, aut alteri per alterum iniqua conditio inferri. De nemo servitutem rectè constitutam propria authoritate deteriorem facere debet : *l. 20. §. 3. & l. 21. vers. quod ff. de S. U. P. l. 9. si servit. vindic. add. l. 15. §. proprietatis de usufr. l. 13. §. 2. ff. de servit. P. R. l. 7. §. 12 ff. solut. matrim.* Dr. Myler ab Ehrenbach. *d. tr. de princip. & statib. Imperii p. 2. cap. 73. n. 7.* Balthasar. Zahn. *de Novalib. c. 7. th. 7. & diss. seq.* Dn. Collega Dr. Harpprecht. *Resp. 69.* Carpz. *in J. F. p. 2. const. 41. def. 2.* Dn. Stryk. *diss. de via facti princip. Imperii permissa. cap. 1. §. 37. & diss. de reprobatione pertinentiarum cap. 2. num. 27.* Struv. *in S. T. F. cap. 6. th 11. num. 4. ibi praterea dominus vel fructuarius sylvæ ligna ex ea cedendo moderatè debet uti, ne officiat juri venandi alii*

com-

competenti. Zimlicher massen, und so fern es der Wildfuhr ohnnachtheilig, was der Wald erleyden, und daß er in seinem wessentlichen Thun unabgangig bestehen mag. arg. l. 2. ff. de religios. add. Mev. *part. 6. d. 258.* add. Gail. *lib. 2. obs. 67.* ubi arbitratur, id, nisi competentibus remediis, attentari non posse, atque propterea, quod de damno irreparabili hic agatur, quoniam annosæ arbores semel subcisæ, non possint tàm citò in pristinam altitudinem excrescere, *implorato judicis officio*, dominum sylvæ à proposito avocari, & *mandata* etiam *sine clausula* contra ipsum, ut desistat, decerni posse, quod exemplis tàm Emphyteutæ quàm Vasalli illustrat, multisque juris textibus deducit, atque ita etiam in Camera observatum esse, ibique inprimis adducit præjudicium Comitis à Zoller contra Comitem à Fürstenberg. add. Müller. *d. loc.* Imo jus venandi habens *via facti* resistere potest domino, ne grandes arbores, & frugiferas una vice excidat, & ad quæstum suum transferat, cum ita jus venandi multo deterius reddatur, vid. *l. 20. §. fi. servitus, & §. §. sequentes, de servit. urb. prædior. l. 15. §. 6. ff. de usufructu. l. 13. §. 1. ff. de servit. præd. Rustic. l. 7. §. 12. ff. soluto matrimonio.* Carpzov. *in Jpr. forens. part. 3. const. 41. definit. 2. in fin.* B. Stryke *d. diss. de via facti Principis d. loc.* Knipschild. *de jur. & privileg. Civit. Imper. l. 2. cap. 7. num. 96.*

Thes. XVI.

Multo minus porrò proprietario sylvæ, *dem*

Grund-

Grundherrn eines Holtzes, licebit totam sylvam radicitus evertere, ac eam in novale, vel agrum, aut piscinam convertere, quia hoc modo tota forma immutaretur, totumque venandi jus inutile fieret, quod æquitati & justitiæ consentaneum non est, vid. *l. 3. §. 15. ff. de itin. actuque privato l. 51. in meo ff. l. 6. l. 7.* ibi: *nequid contra veterem formam Codice de servitutibus & aqua l. pen. de usu & habitat. l. 2. si usufr. pet. non obst. 21. Codice mandati.* nam hæc intelligitur, nisi alius in eo servitutem aliquam habeat, vel aliud jus, cui per hoc incommodetur, vel præjudicium aliquod fiat. Gail. *lib. 2. observ. 67. num. 10.* Besold. *consil. 16. num. 38. 58. & seq.* Bocer. *Class. 5. disput. 7. th. 27.* vid. Frid. Mindanus *de mandatis lib. 2. cap. 39.* add. *Consil. 6.* apud Fritschium *in corp. jur. venand. forest. fol. 778. num. 16. & seqq.* Krebs. *d. tr. de ligno & lapide part. 1. class. 4. sect. 16. §. 5. num. 23.* Ubi venationibus sylvas commodiores esse, quàm campos arboribus nudatos tradit, & *seq. §. 6.* etiam quærit: *An hac facultas extirpandi contra dominum venationis possit præscribi*, & *in §. 13.* tractat; venationis Domino quænam competant remedia, & actiones contra Dominos sylvæ, aliosve, qui sylvas venatorias vastant, & extirpant, & an tunc extirpator prædia culta teneatur reducere in nemora, aut alias æquivalentes venationes concedere, an verò præstando interesse liberetur, ubi etiam *num. 16.* quærit, *num tali domino competat facultas, lignorum conservandorum causa, constituendi custodes ac saltuarios*, quamvis mode-

deratè ligna exſcindere, ſine diſpendio venâtionis domino haud ſit denegandum vid. Knipſchild. *de Civit. Imperial. d. c. 7. num. 96.* Mohr *de Jur. venand. part. 2. Conſtit. 3. num. 16.* B. Colleg. Dr. Harpprecht. *Reſp. 69. & conſil. 72. th. 166.* add. etiam Beſoldus *part. 1. conſil. 15. num. 36. cum ſeqq. conſil. 5. de jure venandi* apud Fritſch. *fol. 762. & ſeqq.*

Ubi diſtinguendum eſſe monent, an jus venandi expreſſe conſtitutum ſit, an verò per præſcriptionem acquiſitum? In illo caſu putant, proprietarium nemora non poſſe extirpare, aut ad culturam reducere contra initium ſervitutis. *Hoc* autem poſſe, quia patientia, quæ tum ſubeſt, debeat ad ſuos limites, nempè ſtantibus adhuc ſylvis, referri, ergò extendi non queat, ad caſum prohibitionis culturæ, *Verùm ſententia indiſtinctè hoc negans verior*; cùm tritiſſimi juris ſit, dominum proprietatis non poſſe in ſuo facere aliquid, quod tendat in detrimentum Juris, quomodocunque alteri quæſiti. *l. 5. ff. de uſu & habit. l. 20. §. 1. de ſerv. præd. urban. l. 13. §. 1. de S. P. R. l. ult. in f. C. de ſervit. & aq.* Ideò quod hic afferri ſolet, quemlibet rerum ſuarum eſſe moderatorem, adeò, ut in ſuo fundo facere liceat, etiamſi alteri noceat *l. 21. Cod. mandati.* intelligendum eſt, quatenus *tertii præjudicium* non *vertitur.* Unde etiam indifferenter, ſi ſylva vaſtatur, ab eo, cui jus venandi competit, mandata ſine clauſula in Camera Imperii impetrari ex Gailio teſtatur. Sixtinus *de Regalib. l. 2. cap. 18. num. 15.*

15: vid. etiam Knipſchild. *de jurib. Civit. Imperial. l. 2. cap. 7. num. 96. & ſeqq* add. Noë Meurer apud Fritſchium *p. 7. fol. 411. & fol. 451.* qua ratione verò ligna cædendo modus excedatur, ex arbitrio Judicis dependet. Gilcken. *de præſcript. p. 1. cap. 6. num. 11.* quam rationem Ipſe Beſoldus in terminis concurrentis præſcriptionis urget. *vol. 1. conſil. 16.*

Cæterùm *cogitur interdum ſylvam excolere*, ſi *bannum venatorium, ſeu ferinum, der Wildbahn*, vaſtitate ſylvæ ſit deterius factum, Dn. Textor. *d. diſſ. de jure venandi th. 22.* ubi mandaſſe hoc aliquando Civitati N. Henricum VII. *Imperatorem: Sie ſollen den verwüſten Forſt des Reichs um* N. *wieder fegen, in lit. datæ Spiræ VII. Calend. Septembr. 1309. refert.* ubi addit *ſequentia. Cùm Principes feudali lege concedunt ſylvas, cum reſervatione Juris venandi, hoc caſu alter integram ſylvam cædere nequit, ſed Civiliter ea uti adſtringetur, ne crebra arborum evulſione venationi obſit.* Fritſchii *jus venator. Foreſt. part. 3.* & *de jure boſcandi ſeu lignandi p. 17.* add. Mevius *part. 6. deciſ. 258.*

Theſ. XVII.

Unde delabimur etiam *in id, quod* idem Gail. *lib. 2. obſerv. 86. ſub num. 4. tractat.* ratione *glandis legendæ, cujus videlicet iſtius ſylvæ venatoriæ fructus eſſe debeant; Num domini ſylvæ, an verò illius, qui jus in ea habet, venandi pro alimentis ferarum?* quæ quæſtio valdè momentoſa & utilis; cum conſtet, quantam utilitatem jus glandis legendæ ſe-

cum

cum trahat, teste Klockio *de Ærario lib. 2. cap. 2. num. 27.* add. Meichsner. *tom. 3. decis. 9. num. 65. ubi differit vom Mastschilling.*

Hic autem ante omnia respicienda esse scribit L. Gailius *d. loc. pacta*, hæc enim dant legem negotiis, vel in defectu etiam legis, ad temporis longissimi *observantiam*, quæ vicem legis obtineat, *arg. l. 1. §. 23. vers. si tamen lex ff. de aqua, & aqua pluvia arcenda*, add. Joh. Harpprecht *ad §. fera Inst. de R. D.* Mohr. *de jure venandi cap. 3. num. 24.* Quodsi nil horum reperiatur, æquius videatur aliàs indubio glandes, & reliquos fructus sylvestres *Wild-Obs, und Aichelen*, ad eum spectare, cui venatio in sylvis concessa est, pro alimentis ferarum, qui enim venandi jus habeat, in sylva aliena, etiam nutrimentum pro feris, seu fructus sylvæ venatoriæ, quibus feræ pascuntur; ut habeat, necesse esse dicunt, cum venatio sine feris, & feræ sine pabulis & pascuis subsistere non possint. *arg. l. 3. ff. de servit. rustic. prædior. l. 1. §. 1. ff. si ususfr. petat. l. 2. ff. de jurisdict.* Quos inter Besoldus *d. loc.* Struvius *in synt. jur. Feud. cap. 6. aphorism. 3.* Stryke *de jure superflui, & cautelis abundantibus. cap. 3. n. 22.* Ertel. *in praxi aurea cap. 34. obs. 4.* add. omninò Krebs. *d. tr. de ligno & lapide part. 1. class. 4. sect. 3. §. 13. 14. 15. & 16.* adeoque nemo illos fructus percipere possit, e. gr. glandem legere, vel ad pascendum adhibere, (*Aichelmastung sich zu gebrauchen*) absque concessione ejus, qui jus venandi habeat, Struv. *d. loc.* Oetinger *de*

finib.

finib. fol. 161. cap. 10. num. 41. quod ipse etiam DEus innuere videatur. Exod. XXIII. 11. dum post messem quædam relinquenda præceperit pauperibus, & feris agri vid. Knipschild *de jur. Civitat. Imper. l. 1. cap. 7. num. 57.*

De *catero*, si *ultra ferarum victum*, quid *reliquum fuerit*, fructum eorum, præsertim quibus homines communiter cum bestiis vescuntur, veluti sunt castanei, avellanæ, cerasa, pira, & similes, id domino sylvæ venatoriæ cedere concedunt, penes quem aliâs penitus inutiles remaneret proprietas. Contra *l. 8. de usu & usufru. legat.* Harpprecht. *ad §. 12. J. de R. D. num. 276. & seqq.* add. Mohr. *in d. tr. de jure venandi p. 2. cap. 3. num. 33.* Krebs. *d. loc.* E contra indubio ad sylvæ proprietarium, non verò foresti dominum fructus sylvestres pertinere propugnat. B. Dn. Colleg. D. Harpprecht. *in Vol. 4. Resp. 69. & 95.* non sine ratione: cùm juris planè naturalis sit, quod cujus arbores sint: ille quoque fructu arborum, veluti partis arboris, fruatur. *§. 31. & 32. J. de R. D. l. 7. ff. de A. R. D. l. 44. ff. de rei vindicat. l. 61. ff. de furtis. l. unic. ff. de glande legenda l. 9. §. 1. ff. ad exhibendum.* Non obstante ratione superiori in contrarium allata, *daß weilen daas Wild die Nahrung von dergleichen Wald-Früchten hernehmen muß, das Aichelen klauben* per consequentiam *dem Forst Herrn zuständig seye. Dann dieses kein richtiges* consequens, cum proprietatis Dominus, nisi jus, vel servitus per tertium legitime constituta sit, non obligetur cum

suo

ſuo damno gratificari tertio, cum infinita ſ:b. ſint exempla, *daß die Wildſtück, auch in den unfruchtbahriſten Aeckern ſich gantz hauffig und v.rgnügt aufhalten thun.* add. *Conſil. 41.* apud Fritſch, *in corp. jur. foreſt. fol. 933. add. fol. 710. tit. aus dem klugen Beambten.* Knipſchild. *de privilegiis Nobil. l. 3. cap. 5. num. 260.* Speidel. *in ſpeculo jur. von Holtz und Waldungen. fol 61.* Ertel. *in Obſerv. Illuſtr. Jurisd. Equeſtr. obſerv. 12.* vid. omninò etiam B. Stryke *in uſu moderno ad tit. de glande legenda pag. 364. & ſeqq.* ubi *de jure glandis legendæ cui competat. & de jure ſaginandi porcos.* plura tradit: Arbores autem in præjudicium juris glandis paſcendæ habentis, frequenter & promiſcuè magno numero excidi non debent, aliàs damnum exinde exórtum reſarciendum. *arg. l. 20. §. 5. ff. de S. U. P. l. 13. §. 11. ff. de ſervitutem prædior. ruſtic. l. 11. ff. de uſufr.* Bocer. *claſſ. 5. diſp. 3. th. 26.* Gail. *2. obſerv. 7.* præter morem majorum, & antiquam conſuetudinem. Mohr *de jure venandi part. 2. cap. 13. num. 15.* etiamſi excifio illa fiat in certa ſylvæ parte. Bruckm. *de venat. cap. 7. num. 4.* Ex quo etiam ejus, cui in ſylva jus paſcendi, *die Maſtung*, competit, conſenſum quoad arbores virentes excidendas requiri volunt. *arg. l. 8. Cod. de ſervitut.* Brunnem. *in cent. 5. deciſ. 38.* Fritſch. *de jure lignandi membr. 3. num. 36.* addatur omninò Ertel *in obſerv. Illuſtr. Jurisd. Equeſtr. obſerv. 11.*

Theſ. XVIII.

An autem, qui jure venandi gaudet in ſylva,

is quoque gaudeat jure eam circumsepiendi, & ambiendi, seu claudendi ligneis plagis in capturam ferarum ? controvertitur. Unde regula: *wer Macht hat zu jagen, darf hagen, daß ist ein Hag in das Holtz schlagen*, non universaliter statim procedit, Myler *d. tr. de princip. & statibus Imperii part. 2. cap. 73. num. 13.* Et vera *certè* est, ubi de dominio territorii loquitur; & subditis Jus contra eum non est quæsitum, *aut* alii venationem habenti, concessio, præscriptio, vel consuetudo Regionis suffragatur, *aut* si *domino sylva* nullum exinde præjudicium inferatur, Myler *de Princip. & Statib. Imperii p. 2. cap. 73. num. 13.* B. Strycke *de usu moderno tit. de A. R. D. §. 7. Cura hac* autem *non procedit*, finge enim venandi facultatem ex jure *singulari*, *aut* ad *servitutis* modum cui competere, hic sanè sylvam circumcingere non poterit; cùm absque adminiculo hoc, canibus, retibusve venari commodè queat, præsertim, cùm Dominus Regionis jus simul venandi habeat, *aut* alios jus pascendi, simileve jus spectare possit. add. Ertel *in praxi aurea cap 34. obs 2. in fin.* ibi: *deme nechst siehet man, daß ein anders das Jagen, ein anders das Hagen seye. Das Hagen ist eine Gerechtigkeit, Krafft welcher einer den gantzen Wald mit einem Hœltzernen Zaun umgeben darff: Darum dann, weilen das Jagen mit Hetzen und Garn kan verrichtet werden, so folget nothwendig, daß nicht eben darum derjenige, welcher das Jagen hat, auch deß Hagens berechtiget sey.* Ut adeò à diversis ad diversa malè inferatur, jus enim venan-

nandi causam discontinuam habet, jus verò *des Hagens* continuam & permanentem. vid. Stryke *d. loc.* add. B. Bidenbach. *qu. nobil. 7.* Ruland. *de Commissar. p. 4. l. 2. tit. 8. n. 39.* add. Knipschild. *de Civitat. Imperial. l. 2. cap. 7. num. 55.* Unde ita Wehner: *Jagen* non infert *Hagen. Dann jenes mit Hetzen und Garn verrichtet werden kan*: vid. *voce Forstrecht. p. 155. & seq* add. B. Bidenbach. *in quæstionibus nobilib. qu. 17.*

Et hactenus reprobant *parœmiam* hanc. Noë Meurer *vom Forstrecht. p. l. tit. Ob der zu Jagen, auch zu Hagen.* Caspar. Leipold. *de concurrent. Jurisd qu. 5.* Wehner. *voc. Forst. und Hagen, fol. 11.* Mindanus *lib. 2. de mand. c. 41. §. 1.* Klock. *l. Consil. 50. num. 329.* Cothmann *vol. 3. Resp. Acad. 49. n. 120.* JudicataCameræ vid. apud Barthium *Cammer-Gerichts-Urthel. Part. 5. p. 401.* conf. Gylm. *l. 1. decis. 12. num. 37. & Symphor. suppl. 34. n. 18. & tom. 5. relat. 34.* & Tilem. *de benignis 1. decis. Cammer. 3. vol. 2.* alia apud Meichsner. *tom. 3. decis. Cammer. 33.* *Nos indistinctè hoc affirmamus.* Si modo Domino sylvæ venatoriæ nullum exinde præjudicium inferatur, vid. Fritsch. *in corp. juris venat. forest. in decis. dec. 8. fol. 1168.* Myler. *d. tr. de Princip. & Statib. Imperii p. 207. num. 13.* Krebs. *tr. de ligno & lapide p. 1. class. 12. sect. 5. §. 26. & 27. num. 2.*

Ex suo autem nemore, seu suis lignis id facere debet, quia *plagæ* istæ sunt instar *retium, Cassium*, suis autem retibus & Cassibus venans, venationem exercere tenetur: quo facit *l. 13. §. 1. ff. de ser-*

servit. præd. rustic. adeoque non poterit in ea ipsa sylva cædere ad usum cingendi: Harpprecht *ad d.* §.*12.* *J. de R. D. num. 772.* Besold. *in Thes. pract. voc. Jagen.* add. Gail. *lib. 2. obs. 69.* Petr. Fried. Mindan. *in processf. Cam. p. 2. cap. 41. n. 1.* B. Dn. Collega Dr. Harpprecht. *d. diss. de venat. precar.* §. *43.* & *in consil. de anno 1714. die 22. Jul.* Observandum autem vocabulum *Hage.* apud *Germ.* denotare *virgulti genus*, ex qua sepes, sive sepimenta fiunt, hinc *Haja* vel *Haya* jam dudum speciem *sepis* vel *Claustri*, vel simile quid significavit, ut in Capitularibus *Caroli Calvi tit. 36. cap. 1. ibi. Volumus, & expressè mandamus, ut quicunque istis temporibus Castella, & firmitates, & Hajas sine nostro verbo fecerunt*, ubi Jacob Sirmundus *Hajas* interpretatur *clausuras*, & addit *Hayæ* sunt hodiè nobis *sepes* quælibet: Apud *Anglo Saxones* etiam *Haja* idem fuit, quod *sepes* vel sepimentum, ut auctor est; Spelmannus *in Glossario*, ubi locum Bractoni addùcit, *vallatum fuit, & inclausatum fossato Haja & palatio*: add. Carolus Languius *in Glossario sub vocibus Haya Haja* Cascenii in *Lexico Suevic. Gothico voce Hæta.*

Cohæret autem Juri *venandi* iste *usus sylvæ*: quòd *frondium incisio*, (ut retia expandi & opercula confici queant, *Stallung zu bauen*) permittatur, quod venatores nominant, *das Zweigen recht*: Knichen. *de investitura. Part. 2. cap. 22. n. 8.* Struv. *in synt. J. Feud. d. cap. 6. aph. 11.*

Thes. XIX.

Illud in quæst. venit. *A n subditiâ domino*

vel

vel superiori suo jure cogi possint ad operas venatorias? Zu den Jagd Frohnen, als die Hundthalterey, Führung der Saile, Zeugs, Netz, Garn und Hunde, Hund aufzustocken, Wildhager und Wildzaun zu machen, & sic deinceps? quod affirmandum censemus. *arg. l. 21. C. de Curs. publ. l. 11. Cod. de S. S. Ecclesi. text. in cap. 1. quæ sint Regal. l. 2. feud.* cum laud. Harpprecht. *ad d.* §. *12. de* R. *D. num. 284.* B. Myler. *d. tr. de princip. & Stat. Imperii p. 2. c. 73.* §. *14. & seqq.* add. omninò B. Dn. Harpprecht. *d. diss. de venat. precar. p. 52. & 53.* Knipschild. *de Civit. Imperial. 2. & 7. num. 71.* B. Dn. Frommann. *in disp. de operis subditor. th. 12.* vid. etiam Besold. *in thesaur. pract. voc. Pflugdienst.* quibus verò Instrumenta ad vehendum desunt, ii virgulta subire, & ferarum latibula Scrutari dicuntur, *Handfrœhner* dicti: Myler ab Ehrenbach *de Statib. Imperii cap. 73.* §. *14. & seqq.*

An autem domino MEDIATO teneantur servitia, die Jagd Frohnen. præstare subditi MEDIATI, adeoque etiam obstricti sint eundem sequi in venatione? de eo videatur, *consil. 8.* Philipp. Richter. apud Fritschium *in corpore juris venat. forestal. fol. 789. & seqq.* addatur laud. Fritschius *in tr. de jure sequelæ. cap. 11.*

Has verò operas, uti nec Ipse *Princeps*, subditis contradicentibus, in pecuniam, vulgò *Jag-Geld* dicta, convertit; ita nec subditi, præstando *interesse*, ab hoc onere liberantur. vid. Fritschius *in d. tr. de jure sequelæ. cap. 11.* §. *3. num. 9.* ubi

 etiam

etiam, si subditi modo *operas* præstiterint, modo *pecuniam, das Jag-Geld,* pro illis solverint, dominum tamen exinde semper pecunias istas exigere posse tradit. Cùm ex actibus *difformiter* sese habentibus & *discontinuis*, nullum jus perpetuum quæri possit: nonnullibi tamen hoc in casu contrarium servari monet, pecuniam tamen illam, ita moderandam esse, ut operis venatoriis sit proportionata, & si inter *dominum* ac *subditos* hac de re non conveniat, *superiorem*, causâ cognitâ, ex æquo & bono æstimationem operarum determinare debere, quæ omninò servanda sit.

Cæterùm *in casu recusationis* subditi puniri, & captis, & *pignoratis eorum bonis* ad ea *præstanda cogi possunt*: dùm modo antea ea præstiterint, vel dominus unicum saltem actum possessorium pro se allegare possit. vid. Gail. *l. 1. observ. 17. num. 8. & 39.* Adeò autem ad hæc servitia subditi domino suo obligantur; ut ista regulariter sumptu seu impensis propriis præstare debeant. *per l. 18. ff. de oper. lib.* Guid. Papæ. *dec. 213.* Ferarius Montan. *lib. 6. de F. F. J. cap. 3. vers. de sumptib. etiam quæsitum est.*

Quæ ampliatio vera est, in *operis* ex obligationis *necessitate* præstandis. *Secus* verò, si subditi significandæ *animi promptitudinis ergò*, domino operentur, tunc enim par est, ut ipsis à domino cibus ac potus exhibeatur: *l. 18. §. 12. ff. commod.* Guid. Papæ. *d. l.* Petr. Myler. *in Jpr. Element. d. disp. 17. th. 2. lit. A.*

Quæ ampliatio etiam non procedit; si diver-

versum ex *Regionis consuetudine* sit introductum; vel etiam expressè conventum; quod dominus in ejusmodi operis ad venationem exhibendis subditis suis laborantibus victum præstare teneatur: Gloss. & Ddres. *in l. except. vers. consuet. Cod. loc. conduct.* Joh. Ferarius Montanus. *d. cap. 3.*

Denique non procedit; quando rustici venatoria onera præstantes, tàm pauperes sunt, ut interim, dùm domino operantur, non habeant, ut se exhibeant, seu edant:

Hoc equidem *Casu*, itidem dominus subditos operantes sustentare tenetur, *l. 17. l. 22. §. ult. ff. de oper. lib. l. un. Cod. ne oper. à colon. exig.* Guid. Papæ. *dec. 217.* Joh. Harpprecht. *d. disput. 10. p. 1. num. 27.* vid. etiam Myler ab Ehrenbach. *de Princip. Imperii. cap. 72. §. 8.*

Neque illa *INDICTIO PROBANDA*, si Magistratus, vel superior nimis frequentes & immoderatas operas subditis indicere vellet; adeò ut non suppetat eis tempus, & occasio, sese, suosque alendi, agrorum & vinearum fructus colligendi. *per. d. text. in l. un. C. ne oper. à colon. exig.* ibique Brunnem. quo etiam facit. *l. 22. §. f. ff. de operis libert.* ubi notatur, *quòd patronus liberto suo in operis præstandis temporis spatia, quæ ad curam corporis necessaria sunt, sc. se suosque alimentandi, relinquere debeat, & ne plus æquo gravetur:* Gail. *lib. 2. obs. 62. num. 13.* Valasc. *lib. 1. Illustr. Controv. 1. 8. num. 18.* add. Mevius *p. 4. decis. 132. num. 3. & decis. seq. num. 4.* B. Dn.

 From-

Frommann. *de operis subditorum d. l.* Fritsch. *d. tr. de jure sequelæ cap. 11.* & jàm dudum quæstus contra venaticas imprimis operas. Nicodem. Frischlinus. *in Comedia Rebeccæ.*

- - Ita ne homines
Pecudum ritu tractare istis Satyris licet.
Quasi vero miseri in hoc nati sint rustici.
Venaticos ut alant canes, quibus domi
Quod ipsi edant, nihil est, nam liberos fame.
Experiuntur non raro contabescere.
Quæ verò miseria est, ut flagris affici
Sic vapulare? Sic ad quemvis Aulicum
Nutum intremiscere nec contra audere hiscere.

Prout hanc sævitiam prudenter atque piè improbat: Dn. à Seckendorff. *im Teutschen Fursten-Staat. p. 3. cap 3. tit. Wildbahn; Es soll der Jagd-Frohnbahren Unterthanen nicht mit Schlägen und anderer Ungebühr, wie offt von unbescheidenen Jagern und Færstern geschiehet, Drangsahl oder Schaden zugefügt werden,* quamvis interdum eveniat, ut rusticus stylum invertat, & dum lumbifragium accipit, idem reddat impatiens ita pugnis dedolari miserrimèque delumbari. vid. Gail. *lib. 1. obs. 17. num. 12. & seqq.* add. laud. Myler. ab Ehrenbach. *d. tr. de princip. & Statib. Imperii. dict. cap. 73. num. 15.*

Ubi imprimis Principem territorii, seu dominum Forestæ considerare debere, admonet, ne ad hæc onera, eo tempore, quo agrorum sationibus insistunt, trahantur. Quod Serenissimum *Ducem Eberhardum*

Glo-

Gloriosſ. memoriæ Principem, ſingulari Clementia pro innata generoſa vigilantia ſua obſervaſſe laudat.

Qui etiam præcavere debent, ne hoc venationis exercitium in feriis in honorem DEI inſtitutis, inſtituantur, hæque operæ venatoriæ exigantur: ſicque cultus divinus negligatur. vid. *l. 17. & fin. princip. Cod. de feriis.* ibi: *dies feſtos Majeſtati Altiſſimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari.* add. *cap. fin. x. de feriis.* vid. *Fürſtl. Würtemberg. Lands-Ordn. tit. 1. part. 3. & ſeq. tit. 30. §. f. fol. 100. §. 11.* B. Dn. Lauterbach. *diſput. de feriis p. 20 cap. 1. de feriis.* Sebaſt. Medices *de jure venandi. qu. 1. p. 1. num. 12.* Mohr *de jure venandi p. 1. cap. 1. num. 83.* Pruckmann *de venat. c. 2. per tot.* quales venatores DEUS ſæpè horribiliter punivit, abſorptis quandoque hiatu terræ impiis venatoribus. Ita citato loco Myler ab Ehrenbach etiam meminit prælaudatum Sereniſſimum *Eberhardum* gloriosiſſ. memoriæ, juxta innatam Avititorum pietatem, & pium Religionis Zelum, ſuis venationum præfectis, acerrimis decretis injunxiſſe & præcepiſſe, (ne operas venatorias in diebus *feſtis* inſtituant, aut ſubditis imponant, ſub comminatione graviſſimæ animadverſionis adverſus temeratores, interdictis penitus in diebus *feriis* venationibus. add. Arumæus. *d. diſſ. 19. th. 148.* niſi *in caſu ſummæ neceſſitatis*, ut ſi accideret, ut repentino forte excurſu beſtiæ magno numero in ſegetes proruerent, maximè enim intereſt, ut frumentum conſervetur. Pruckm. *de regalib. venat. cap. 5.*

Denique etiam plerisque in locis suspenduntur venationes, ea anni parte, quâ feræ partus edunt, in quo multum situm est, ut eos feliciter excludant, exclusosque per aliquod tempus alant; Et ratio hujus in aperto est: magno siquidem fænore jam capere licet, quod ante per breve temporis spatium neglectum fuerat, dum quæque bestia, in quatuor, quinque, vel sex pro generis sui ratione, partus abiit. Quæ tamen restrictio, arcta adeò non solet esse, ut *SUPERIOR:* neque enim à Principe tantum peccatum fuerit, si eo tempore, quando ferinam fortasse desiderat, aut opus Ipsi est venari, jusserit: Zentgrav. *diss. de venat. th. 26.* imò, in ipsa venatione, commodum subditorum non negligitur, ita *Christophorus Würtembergiæ Dux, Princeps Sapientissimus*, etiam dum venationi indulgeret, & ad retia sedens, perpetuò à secretis hominem secum habebat; Cujus ministerio ad supplices libellos rescribebat: *Plinii* fortassis exemplo, qui se *Ipsum* non cum panario tantùm, & lagunculâ, sed cum Stylo & pugillaribus venari solitum testatur. Plinius *l. 3. Epistol.* ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportaret. vid. Forstrenus *in not. ad Cornel. Tacit. locum. lib. 12. pag. 169. add. 173.*

Thes. XX.

Caveant autem Rustici, ne in indicando feras, suo Principi *in terminis peccent*, eosque confundant, dùm sæpè lingua præcurrit mentem, quemadmodum fecit ille Rusticus, ita alloquens, suum

ſuum Dominum,*gnadige Sau da laufft der Herr: Saltuarii, die Forſtmeiſter*, quoque provideant, ne feræ *in privatorum agros gregatim excurrant*, & ſata cum magna pauperum injuria, atque do'ore depaſcant, ſubditis etiam permittant, beſtias ex agris ſuis, fructibus imprimis adhuc pendentibus, abigere, eisque propterea moloſſis non interdicant. Gail. *lib. 3. obſ. 68. n. 9. & ſeqq.* add. Cyriacus Spannenberger. *tr. vom rechtmeſſigen Jagen. fol. 25. 32. 33.*

Theſ. XXI.

Quæ *autem requirantur* ad *præſcriptionem immunitatis*, ſeu libertatis, *ab operis ſuperiori præſtandis*, eleganter deduxit. Alexander *Conſil. 136.* incicipiens in Cauſa *vol. pen. vol. 2.* Modeſtin. Piſtor. *Conſil. 4. qu. 2. num. 321.*

De *quo nos breviter ita* : ſcil. *primum*, quod requiritur, *eſt:* quòd ſubditi prætendentes, probent ſe aliquo tempore fuiſſe requiſitos, ut operas præſtent. Brunnem. *in l. cum. ſcimus Cod. de agricol lib. 10. & in l. in filiis C. de decur. lib. 12.*

Secundum, ut probent *aliquod factum ex parte ſua interveniſſe per contradictionem*, & recuſationem operas præſtandi, alioquin per ſolum non uſum adverſarii, non præſcribitur libertas. *l. hac autem, de ſerv. urb. præd.* Sicut etiam ex ſolo non uſu non inducitur conſuetudo. Cyn. *in l. 2. num. 1. C. quæſt. ſit long. Conſuet.*

Tertium verò eſt *bona fides*. Brunnem. *in l. 1. Cod. de ſervit.* malæ fidei enim poſſeſſor nullo

lo unquam tempore præscribit. *cap. 11. fidei posseſſ. de R. J. in. 6.*

Quantum autem temporis ſpatium ad præſcriptionem immunitatis requiratur, *controverſum eſt.*

Multi ad *hunc Effectum* obtinendum *Immemoriale*, ſeu tale temporis ſpatium deſiderant, quod hominum memoriam exſuperat. *arg. cap. ſuper quibusdam. §. præterea. ibi: vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cujus non extat memoria.* add. *R. J. de anno 1548. §. Wann auch.* Balthaſar. *de operis ſubditor. cap. 9. p. 28.* add. B. Dn. Hertius *de ſuperiorit. territ. p. 331. Alii* è contra ſufficere exiſtimant *tempus quadragenarium.* uti Gail. *tr. de Arreſtis cap. 7.* Huſan. *de hominibus propriis cap. 5.* quarum ſententia veritati magis conſentaneà. *per l. 4. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. & l. f. C. de fund. patrim. cap. 4. x. de præſcript.*

Theſ. XXII.

Finis Juris venandi eſt tùm voluptas, tum utilitas, ut quis feras ſuas faciat. *§. 12. J. de R. D.* Colleg. Jurisd. Argent. *tit. 1. lib. 41. 11. num. 17.*

Imprimis *valetudinis conſervatio*, & exercitatio, qua & corporis, & animi vires roborantur, & mollia corpora aliquantò obdurat, expelluntur humores noxii, & ſuperflui per graviſſimas commotiones, accenditur contra nativus calor, atque totum corpus magis agile redditur: vid. Perez. *in Cod. ad tit. de venat. ferar. num. 16.* B. Text.

in

in d. diss. 9. de jur. venand. 9. th. 33. Ita, cùm dierum complurium continenti sessione marcere sibi corpus & animum sensisset sacratissimus *Ferdin. I. Imperator*, diem elegit quo se liberioris aëris haustu & campestri exercitatione reficeret. Ergò summo mane, æstate quidem primò diluculo, hyeme aliquot horis ante exortum solis, quocunque cœli habitu venatum egressus; quandoque pomeridianum tantùm tempus ei rei datum, ac meminit Augerius Busbequius, se cum ad staret prandenti, audivisse dicentem: *meo sum functus officio: negotia omnia, totum Chartophylacium exhausi: nihil superest in Cancellariâ, quod me detineat, quod reliquum est diei, impendam Curæ corporis:* sic multâ jam nocte domum revertisse, apri, vel *cervi*, vel etiam *Ursi*: cæde lætus: ac fessa vario labore membra, nullo assumpto cibo, neque potu, somno stertisse. hactenus Busbequius & *Forst. ad Tacit. l. 12. p. 173.* & pertinent huc quæ *de Ferdinando II. ad quartum annalium verb. nihil intermissa rerum curâ.* laud. Forstner. annotavit, quam recreationem cum pari laude ac moderamine exercet Modernus, Augustissimus ac gloriosiss. Imperator noster, *Carolus VI.* cujus etiam fortissima arma adversus Mahumedanos cælestis favor porrò ita fortunare velit, ut quæ de *Sextatione Gogi* Ezech. XXXIX. 2. in Ebræo leguntur in *CAROLO SEXTO*, suum sortiantur complementum felicissimum.

Adeoque DISTINGUATUR modo, inter *excessum & modum*, qui hic est servandus: ne plus quàm par est, temporis impendatur in vena-

nationem, nullum enim in Republica bonum esse potest, Rectore ita exorbitante. vid. Gail. 2. *obs. 68. num. 11.* ne damnum inferatur, vastando agros & segetes. vid. Windelin. *in Instit. p. 1. tit. l. 2. cap. 7. th. 5.* & Causin. *de Eloq. lib. 10. p. 593. & 394.* & *in not. plin. in paneg. Traj.* imprimis cavendum. vid. Textor. *d. loc.* ubi etiam de cætero *Principi venationem suadet* etiam *propter alias causas, in venatione enim, pergit, faciem Regni sui optimè noscere poterit, & quandoque à Rustico alicujus rei certior fieri, quàm forsan solus in sua aula ignorabat, & hic redire dicit, quod tali modo rusticus nanciscatur, interdum cum ipso Principe colloquendo occasionem, desideriumque suum exponendi,*

CAP. XIV.

De Effectu juris Venandi.

Thes. I.

EFfectus juris venandi consistit *in libera voluntate disponendi* de feris captis, inprimis *primus ejus effectus* est, quod de Jure Civili captæ fiant capientium. §. *13. J. de R. D.* quamvis domino vel judice etiam prohibente, de quo jam supra vid. etiam Mohr *tr. de jure venandi Part. 1. cap. 3.*

Ortus verò sunt *Remedia, quæ nobis* pro hoc jure

jure tenendo, conservando, & recuperando competunt.

Eaque vel *Petitoria*, vel *Possessoria*: ad *Petitoria* spectat, contra vim *turbativam* quidem, si nimirùm in sua quasi possessione Juris venandi (quæ imprimis probatur ex fructibus, nempè feris captis. Caspar. Klock. *consil. 3. qu. 3. col. 1.*) quis turbetur, *interdictum retinendæ possessionis utile uti possidetis. arg. l. 20. ff de servit. l. 8. §. 5. inf. si servit. vindic. l. 14. ff. de injur. l. 1. §. f. l. 2. uti possit.* Joh. Brunnem. *in repet. paratit. Wesemb. qu. 2. ad tit. ubi possit.* C. J. A *d tit. 1. lib. 41. th. 19.* Gail. 1. *obs. 116. num. 5.* Oldendorp. *Class. art. 2. 10. num. 6.* add. Klock. *l. 1. Consil. 29. num. 92.* Mev. *p. 8. dec. 409.* Cujus *Effectus est*, ut Reus à turbatione desistat, & cautionem de non turbando in futurum præstet. *l. 7. & 12 si servit. vindic.* Gail. *d. loc.* Georg. Mohr. *d. tr. de Jure venandi p. 2. cap. 5. num. 9. & 10. & cap. 8.* ubi libelli formam tàm in interdicto uti possidetis, quàm in actione confessoria proponendam tradit. & Joh. Harpprecht. *p. 1. d. 10. num. 29.* Et sufficit cautio nudis verbis promissa. ex Carpz. *lib 1. Resp. 69.* Dn. Maurit. *Consil. 1. num. 24.* quam tamen cautionem non admittit Struvius *Exerc. Jur. Civ. 45. §. 122.*

Quando verò neuter *de possessione*, vel *quasi* Juris venandi nihil quicquam probavit, neque apparet, uter litigantium possideat Jus venandi, tunc *Judex interloquendo* utrique *parti præcipit*, ne *venentur nemoribus controversis*, nec quicquam atten-

tentent, ſed exſpectent cauſæ diſcuſſionem in judicio petitorio. Georg. Mohr. *d. l. p. 1. cap. 6. n. 22.* Tabor. *ad C. J. A. d. tit. 1. lib. 41. num. 19.* vid. etiam Mev. *p. 3. d. 91.* & omninò Mohr. *tr. de venat. p. 2. cap. 6. num. 22. & ſeqq.*

2. *Interdictum, ne quid in loco publico fiat*, ut, ſi quis prohibeatur venari in loco publico, in quo licitum erat venari, Noë Meurer *d. cap. 6. num. 8.* daturque actio injuriarum adverſus venatorem iſtiusmodi inſolentem. *l. 13. §. ult. de injur.* vid. Joh. Harpprecht. *Part. 2. diſp. 18. num. 7.* add. Hunn. *diſp. de jure venandi th. 12. in Corpore Juris Foreſtal.* Fritſch. *fol. 242.*

Quòd ſi verò aliquis per *vim* excludatur à quaſi poſſeſſione juris venandi, quam ante habuit, poteſt per interdictum utile unde vi illam recuperare. *§. 6. J. de interdict. & ibi Vinn. num. 5. arg. l. 3. unde vi. 18. l. 9. §. 1. ff. de vi & vi armat.* Textor. *diſp. 33. de remediis recup. poſſeſſ. th. 1. num. 3.* add. Menach. *de recup. poſſ. remed. 1. d. 18. num. 81. & ſeqq.* Brunnem. *d. l. 3. num. ult.* Vi autem *compulſiva* dejectus interdicto hoc unde vi non gaudet. Mev. *p. 8. dec. 384. add. dec. 386.*

Cui quoque conſulitur iſto omnium frequentiſſimo ac pleniſſimo *remedio ex Canone Pontificio redintegranda. C. 3. q. 1.*

Quippe quod generaliter competit ei, qui injuſtè ſua poſſeſſione cecidit, ad illam amiſſam recuperandam. *d. Can. per quaſcunque juſtas cauſas.* Gail. 1. *obſ. 15. num. 10.* Berlich. *p. 6. conſil. 11. num. 5.* Struv. *ad ff. Exerc. 45. th. 114.* Beſold.

old. *Conf. 49.* Textor. *d. disp. 33. th. 1. num. 20. & seqq.* Tabor. *in racemat. ad art. 1690. O. C. in Resp. Epistol. p. 279.*

Convenit cum hoc *remedio ex Can. redintegranda, remedium cap. sæpè 18. x. de restit. spoliat.* quod remedium maximè *reale* est, quia succurrit spoliato, non tantùm contra spoliatorem, sed contra tertium etiam Possessorem spolii conscium. vid. latè de hoc remedio Menoch. *recup. poss. remed. 16.* Textor. *d. loc. num. 30.* Ziegler. *ad d. Capit. de Possessorio Summariissimo.* vid. Mev. *p. 9. dec. 117.* B. Dn. Grave. *d. Judic possess. summariiss. cap. 6. th. 18. & cap. 9. th. 45.* noviss. Joh. Christoph. Herold. *consil. decis. 40. num. 25. & seq.*

Interdum consultum erit per *implorationem mandati, vel* inhibitorii, vel *restitutorii,* Jura sua venandi custodire per tradita. Mindan. *de mandat. l. 2. cap. 86. §. 2. & seqq.* add. Georg. Eberhard. *1. consil. 19. num. 8.* Noë Meurer *von Fœrstlicher Oberherrlichkeit. Part. 1. qu. 7.* Ubi in fine ait: *Deß Ræmischen Reichs Cammer-Gericht seye schuldig* turbationes per mandata *abzuschaffen.* add. *quæstionibus seqq.* ibidem. Jungatur Wehner *in observ. voce Forstrecht.*

Thes. II.

Petitoria autem, eaque *simplicia,* & quidem *Realia* sunt:

Actio Confessoria, & *Negatoria, utilis* ad asserendum, vel negandum jus venandi. *arg. §. 2. Instit. de act. l. 2. l. 10. §. ult. ff. si serv. vindic.* Ba-

chov. *de act. disp. 2. th. 23.* Struv. *in S. J. C. Ex. 13. th. 52. C. J. A. d. loc.* Gail. *lib. 2. obs. 66.* Hahn. *de jure rerum conclus. 56. Vinn. ad d. §. 2. de act. num. 2.*

Actione autem *confessoriâ* agens, si est in quasi possessione juris venandi, non is, sed adversarius, suum intentionis fundamentum, locum à venatione esse liberum, probare tenetur. *l. 8. §. 3. ff. si servit. vindic. arg. l. 14. ff. de probat. l. 7. §. f. ff. de liber. causa.* Vinnius. *ad §. 2. t. de act.* frustra diss. Brunnem. *in l. 9. C. de servitut.* Carpzov. *lib. 1. Resp. 67.* Richter. *decis. 98. n. 63.*

Sicut nec onus probandi illi incumbit, qui *negatoriam* instituere vult, nisi, uti modo dictum, possessio præsumptionem pro adversario inducat. dd. textibus. Competit autem hæc actio Domino prædii liberi, etiamsi sit in quasi possessione libertatis. vid. *l. 5. pr. versu. quanquam, & §. ult. si ususfr. pet. §. 2. t. de act. & ibi Vinn.*

In Recessu Imperii Novissimo *de anno. 1654. §. 1.* cautum est. *Wann es um Grentzen, Waidgang, Jagen, und andere dergleichen Jura, und Gerechtigkeiten zu thun, und den Augenschein einzunehmen vonnœthen, solle zu deß Richters besserer* Information *eine jede Parthey einen richtigen Abriß zu produciren schuldig seyn.* Quod si etiam is, qui jure venandi gaudet in fundo meo, in fundo vicino intra limites præscriptos se non contineat, finium regundorum actione uti adv. eum permittitur. vid. omnino Hunn. *diss. de jure venandi th. 12.*

Personalia verò dantur, vel ex illo ipso contra-

tractu, aut negotio, cujus vi hoc jus venandi concessum est, ad promissum implendum: quemadmodum enim servitus, si stipulationibus, aliisque modis constituatur, per actionem in Personam peti potest; sic etiam jus venandi promissum tali actu personali prosequimur. *l. 25. §. 6. famil. hercisc. §. ult. t. de servit. prædior. §. 1. tit. de usufr. l. pen. pr. C. de usufr.* Jacob Otto apud Fritschium *in corp. Jur. venat. fol. 282.*

Vel ex *delicto* e. g. utilis actio *L. aquil.* in casu damni dati *l. 1. §. f. l. 12. ad L. aquil. l. 17. §. f. de usufr. & injur. l. 13. §. ult. de injur.* C. J. A. *d. l.* Dantur etiam *mixta*, scil *divisoria* illa, nempe finium regundorum, in casu, quo venatorii fundi fines essent confusi. *l. 4. §. 9. fin. regund.* Aut communi dividundo utilis, si venatio pluribus competens esset dividenda. *l. 13. §. 3. ff. de usufr.* De quibus remediis late Ruland. *de Commissar. part. 3. l. 3. cap. 10.* ut & Gylmann. *in suis Symphorem.* Ubi omnis generis supplicationes, *die Wildbahn concernirend*, videre licet. add. Ahasverus Fritschius *in corpore juris venatorii Forest.* in quo diversorum JCtorum *tractatus*, *Consilia*, *Decisiones*, *Statuumque Imperii Edicta & mandata habentur*, qua actione autem concedens alicui venationem, & postea prohibens, conveniri queat. vid. Georg. Everhard. *consil. 19.*

Aliquando etiam datur *Remedium Constitutionis* super fracta *pace publica*, *die Klag über einen Land-Friedbruch. per R. J. de anno 1548. §. 1. Instrumenti pacis art. 17. §. 6. & 7.* Mindanus *de*

Processu l. 1. cap. 23. Blum. *in Processu Camer. tit. 29.* Carpzov. *in tract. Crim. p. 1. qu. 35.* de qua materia vid. pleniss. Gail. *tot. tract. de pace publica.*

Inprimis, quando pignorationes in venatione factæ, *da man Jager, Hund und Garn pfandet.* Super constitutione fractæ pacis, processus & mandata sine clausula decernuntur, & actio ex constitutionibus Imperii de pignorationibus intenditur ad ea obtinenda, *ordin. Cameral. part. 2. tit. 22.* quorum parata & celeris est executio. Ruland. *d. tract. de Commissar. lib. 7. p. 2. cap. 2. num. 1.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 6.* Stephan. *de jurdict. num. 2. Part. 1. cap. 3.* Quia pignorationibus ejusmodi plerumque turbatur pax publica. add. l. Gail. *in tr. de pignor. obs. 1. num. 1.* Inprimis Hunnius *de jur. venand. th. 13.* Unde prohibitæ sunt, tàm de jure civili. *in novel. 134. c. 1.* quàm *canonico. cap. 1. de R. J. in 6.* Gail. *d. loc.* Et ideò præsumptionem injuriæ contra se habent, & qui justas factas obtendit, ex causa id docere debet. vid. Mev. *Part. 1. decis. 34.*

Si modo uterque litigantium jurisdictioni Cameræ immediatè sit subjectus. Harpprecht. *in Comm. Inst. ad §. 12. de R. D. num. 25. & 327.* Schwannemann *de Process. Camer. lib. 1. cap. 12. num. 3.* Mindan. *de process. l. 1. cap. 34. num. 1.* ubi ad obtinendos super hac constitutione processus, quæ requirantur tradunt. add. Blum. *Process. Cam. cap. 3.* Ertel *in obs. Illustrib. Juridico Equestrib. obs. 36. pag. 380. & seq.* Cæterum aliâs,

aliâs, qui in alieno fundo venantur, & piscantur justè pignorantur. vid. Mev. *part. 1. decad. decis. 34. num. 12.* Estque pignoratio modus resistend. his, quæ noxiè tentantur in alienc. laud. Mev. *d. loc.*

Quia autem sæpius accidit, ut non unus tantùm possideat jus venandi, & alter turbet, sed *uterque se* magis possidere contendat, *hoc casu* solent *mutuæ & reciprocæ pignorationes* fieri, vulgò *Gegen-Pfændung*, quæ tamen omni jure sunt illicitæ, quia via juris, non facti jus & possessionem defendere oportet. *l. 13. ff. quod met causa l. 6. C. de vi. add. tit. ad L. Jul. de vi privat.* Mohr. *d. tr. de jure venandi. p. 2. cap. 8.* Gail. *d. tr. d. l. p. 19. norat. Obs. 12. num. 2. & 3. C. J. A. d. tit. 1. lib. 41. P. th. 19.* Jacob Otto apud Fritschium *in corpore juris venatorii fol. 283.*

Hinc in Camera Imperiali, si fiat *repignoratio*, utrique parti in causa mandati paritio injungitur, ut scil. ablata pignora restituant, non obstantibus quibuscunque exceptionibus. Uti tradit Gail. *d. l.* nec remedium, *d. l. 13.* antiquatum esse dici potest, sed etiam adhuc in usu est, vid. B. Dn. Bardili. *ad l. si quis. 7. Cod. unde in th. 4. & seqq.* add. etiam Textor. *de remed. recup. poss. & disp. 31. de usurpat. th. 35. & th. 7. & ad R. J. ult. d. 8. th. 18. add. L. B. & Eques. de* Lyncker *in respons. in resp. 179. q. 4.*

Relationem in causa pignorationis, *da einer einem werth zu jagen*, habet. Meichsner. *vol. 1. dec. 30.* add. etiam Crusius. *de Indic. delict. ad Spe-*

 cial.

cial. p. 3. cap. 12. th. 15. cum seqq. & omninò Hunn. *d. diss. de jure venandi th. 14.* Mohr. *de venat. p. 2. cap. 7. num 6. & seqq. Daß aber ein* Vasall *oder Lehmann, wo jemand im Jagen, oder auf eine andere Weiß ihm schaden zufügen solt, die Freyheit zu pfänden habe, ist kein Zweiffel. arg. 2. F. 8. §. rei autem.* B. Dn. Stryke *vom Pfandungs-Recht. p. 19.* add. . ohr *consil. 47. num. 81. & seqq. Pensionarius* autem venatores injustos nomine locatoris pignorare potest, quippe cùm hujus conditionem hac ratione meliorem redderet, quod omni jure permissum est, licet locator de hoc nihil sciverit. *l. 34. de N. G.* Stryck *d. tr. pag. 25.*

Thes. III.

Requisita autem, ut pignoratus in Camera Imperiali impetret in tali causa *mandatum sine clausula* adversus pignorantem pluribus inculcat Rhetius *in Inst. J. P. l. Inst. l. 4. c. 13. add. O. Cameral. p. 2. tit. 22. R. J. zu Regenspurg anno 1594. §. die Mandata und Pfændungs-Sachen. &c. & §§. seqq. Abschied deß Deputations-Tags zu Speyer anno 1600. §. 36. & R. J. de anno 1570. §. 84.* Hunnius *d diss. de jure venandi th. 14. in fin.* Mohr *p. 2. cap. 8. n. 4. & seq.* Quod si pignoratus nullum jus venandi urgeat, nihilominus autem pignorationi resistat, armis tunc expelli & pignorari pariter potest. *per l. 11. de vi & vi armat. l. 3. de J. & J. l. 1. §. 27. de vi & vi armat.* Hinc *pignorantem* injustum venatorem, qui vi resistit, *occidendo*, punire non posse, concludit, *per l. 4.*

C.

C. unde vi laud. Berger. *d. diss. cap. 3. p. 31.* Si verò *pignoratus pignorantem occidat*, dùm forsàn hic illi bombardam auferre voluit, ordinaria plectendus est pœna, licet pignorans quoque vim adhibere voluerit, author enim rixæ, & qui in re prohibita constitutus est, moderamen inculpatæ tutelæ allegare nequit. Carpzov. *qu. 12. 29. num. 42.* Brunnem. *in Proc. Inquisi. cap. 9. num. 58.* Berger. *d. loc.*

Et si quis in nostro venetur, pignorari, & puniri potest; *Moribus autem Germ.* hujusmodi pignorationes sunt licitæ. Mev. *ad jus Lübec. l. 3. l. 11. num. 14.* Brunnemann. *ad l. 39. ff. ad l. aquil. num. 4.* Struv. *Ex. 14. th. 4.* & suo modo Principibus permissæ, per clarum textum, *R. J. 1594.* §. *81.* B. Stryck. *de via fact. Princip. cap. 1.* §. *29.* Probatur autem venatio quoque ex investituris, & concessionum instrumentis, & admittuntur testes singulares, vid. *C. J. A. cum notis* Tabor. *num. 19.*

Si verò *pignoratus* jus *venationis prætendat*, & hactenus in quieta quasi possessione juris venandi fuerit, pignorario non est *licita*, sed ex capite *spolii* agere, & mandata sine clausula impetrare potest. Uti in *specie*, quando jus venandi *dubium*, hoc decisum, *in dem Deputat-Abschied zu Speyer. de anno 1600.* §. *36.* vid. etiam peculiaris dissertatio, B. Dn. Stryckii *de jure pignorandi cap. 1. num. 27. cum seq.* tertio autem per venationem, alicui indultam non præjudicatur. Unde ita *Serenis. olim. Würtemberg. Dux Ludovicus Frideri-*

cus. Da auch jemands diß Orts, das kleine Waidwerck zu exerciren, beweißlich und bekanntlich hergebracht, soll ihme durch diese Verleyhung nichts benommen seyn. Besold. *cit. loc.*

Ad damni autem dati reparationem consequendam, datur de pastu, vel utilis *l. aquil.* vel in factum actio. *l. 14. §. fin. de præscriptis verbis. & l. fin. C. de l. aquil.* Mohr. *de venat. part. 1. c. 4. num. 21.* Gail. *lib. 2. obs. 68. num. 8.* Merckelbach apud Klock. *consil 30 num. 24.* Seckendorff. *im teutschen Fürsten-Staat. Part 3. cap. 3. reg. 5. §. 1.*

Venationis autem domino, quæ competant remedia, & actiones contra dominos sylvæ, aliosve, qui sylvas venatorias vastant, vel extirpant. vid. l. Krebs. *in tr. de ligno & lapid. lib. 1. class. 4. sect. 16. §. 13.*

Thes. IV.

Circa pœnas autem *feripetarum, denen Wildherrn oder Wildbret-Schüssern, infligendas DUO CASUS PRINCIPALES probè distinguendi sunt, aut* enim ipsi interdictioni, vel edicto venationis prohibitorio nulla certa pœna est inserta, *aut* ea est adjecta *priori casu* in venatores actio injuriarum competit. vid. *l. 13. §. ult. de injur.* quæ, licet contra ordinem, etiam criminaliter intentari possit. *§. 7. & §. 10. Inst. de injur.*

Attamen *pro prima venatione, capitalis* non est, *per l. 11. & d. l. 13. de pœn.* sed irrogari debet, vel *pecuniaria*, vel *carceris*, vel *similis* aliqua,

PÆ-

PÆNA. *Pro secundâ* verò non solùm *infamosa columna* poni potest: sed etiam ex *Provinciâ relegari*, & fustigatione, vel alia corporis pœna coërceri. *l. 3. in fin. Cod. de Episcop. l. 25. §. solent. & §. grassatores de pœn. l. 3. §. plures de re militari*, etiam amputatione manus, & cui manus dextra, abscissa fuerat, posset ei altera manus abscindi Eberhardus, *in consilio decimo, vers. vix autem. Tertia verò vice*, in hoc delicto interposita scil. pœnâ perseverans, ob inflexibilem obstinationem *ultimo supplicio affici poterit*, pro circumstantiarum gravitate. Grotius *de Jure B. & P. l. 2. cap. 20.* Harpprecht. *ad §. 12. J. de R. D. n. 304. & seqq.* uti quoque ita *provoc. Facult. nostra in consil. die 3. Nov. 1687. ad Sereniss. ex professo elaborato.* de eo. *An pœna feripetarum non possit extendi ad ultimum supplicium, vel ad Triremes, quam suppositis supponendis affirmative decidit.* add. Ziegler. *de Jur. Majest. l. 2. cap. 14.* B. Dn. Stryke. *diss. de via facti Principum Imperii permissa. cap. 1. §. 37.* & de *foro conscient. cap. 6. num. 33.* & omninò *in diss. de edendo titulo. cap. 3. num. 70. & seqq.* Ubi venationem, si à quovis exerceatur, & deprædatiorem esse, deducit, licet enim haud pauci Ddres *dissentiant*, existimantes hominem ad *DEI Imaginem* creatum, & *Salvatoris nostri Christi membrum*, quod redemit sanguine suo, pro fera belua hominibus subjecta, & in naturali sua libertate, seu laxitate adhuc vagante, & per consequens in nullius dominio & possessione existente, non protinus mactari debere, quoniam inter delictum & pœnam

27. f. 891. argumentis tamen dissentientium omnibus ex asse satisfecit. Antesignanus ille practicorum Carpz. *in pr. crim. p. 2. d. qu. 84. n. 38. & seqq.* Ubi pluribus & egregiè deducit, quod si hoc delictum fericidii nimium crescat, vid. *l. 16. §. ult. ff. de pœn.* & venationis temeratores ab incepto, non attenta à superioribus per gradus posita, & in eos executa pœnà, non desistant, sed præfractè contemnant, & ad nullam correctionem se commovere sinant, cum periculo vitæ auctoratorum à superiore venatorum, adversus tales, ob hunc ipsum pervicacem contemptum, & propter aggravantes circumstantias alias pæna feripetarum ad ultimum supplicium rectè extendatur. Eò, quòd talis protervus contemptus etiam Crimini Sortilegii atque Idololatriæ; quod procul dubio omnium gravissimum. vid. lib. I. Samuelis XV. 23. Imò etiam à nostris *Crimini hæreseos* æquiparetur, uti videre est. apud Farinac. *in prax. crim. qu. 18. num. 26.* Et hîc non captura ferarum, sed transgressio legis spectatur, multis enim grassantibus, opus est exemplo, cui egregriè succinit Claudius noster Saturninus. *in leg. 16. §. 20. ff. de pœn. Nonnunquam, inquiens, evenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirùm multis grassantibus exemplo opus est.* Bocer. *de regal. c. 1. in fin.* ita & lege divina contemptum & inobedientiam erga superiorem ultimo vindicari suplicio videmus. Deut. XVII. 12. I. Reg. III. & cap. 2. x. de *majorit. & obedient.* Stryck. *de jure palutivo. cap. 3. §. 1.* & proportio hæc quæri-

ritur in objecto delicti, delictum ipsum consistit in malitiosa transgressione legis & atrocitas delicti est æstimanda ex circumstantiis. Et quæ proportio inter *vitam hominis* & *5. solidos in furto?* nihil ominus leges propter illorum furtum hominem suspendi jubent. *in Constit. Frideric. de pace tenenda & in artic. 160. O. Crim.* vid. Tabor. *in racem. ad art. 169. th. 13. p. 276.* Bocer. *Class. 5. disp 3. th. 33.* Carpzov. *d. q. 94. num. 40. & seqq.* Joh. Harpprecht. *d. §. 12. num. 34. de R. D.* Unde etiam secundum *ordinationem* Würtenbergicam Ludovici Ducis Württenberg. *de anno 1588.* & *Ducalia* subjecta *Edicta in anno 1680. die 29. Novembr. & 1694.* quæ etiam videre licet apud Fritschium *in corpore juris venator. forestalis. num 13. fol. 136. & num seqq. & receptam in hoc ducatu praxin.* pœna feripetarum interdum capitalis est. Quæ constitutio, eos ipsis furibus deteriores, & in latrones non rarò degenerare ostendit: ibi; *diese leichtfertige bæse Buben*, usque *ad verb. Wild-Gericht-Schütz.* add. Hunn. *diss. de jure venandi th. 15. in corp. juris forest. venat.* Fritsch. *p. 246.* & vi dicti *Ducalis Edicti de anno 1680.* conformiter præfationi ordinationis *de anno 1588.* *Illis*, qui saltem intentionem habent balistam, aut sclopetum explodendi, & cum eo in Forestas, seu bannum ferinum, se conferunt, ibique oberrant, ita deprehensi, *aut* si notorios feripetas non indicent, *aut* cum illis participent, *aut* adjumentum attulerint, *incarceratio quatuor septimanarum* sub alimonia aquæ & panis, cum pœna pecuniaria *viginti floreno-*

norum. & solutione *impensarum*, & prohibitione *armorum* (*alles geschosses*) est constituta. Illis verò, qui gravius in hoc delicti genere peccant, & unam, vel alteram feram globo trajecerunt, præter prædictam pœnam *Carceris*, omne honestum consortium interdicitur, & confinatio, relegatio dictatur, cum extensione pœnæ pecuniariæ pro circumstantiâ contraventionis usque ad *60. florenos. add. ad 3. fol. 10. Wilderer Ordn. pag. 4.* Qui autem *Professionem* de hoc faciunt, cum dolosa & malitiosa seductione aliorum, & in casu præstitæ Urphedæ, & sic commissi etiam *perjurii* tamen pertinaciter pergunt. Illis tunc pœna *carceris 6. septimanarum* imponitur, expectanda insuper pœnâ positionis ad numellas & mutilationis digitorum, prout etiam in *articulo 9. d. ordinat. de anno 1588.* iterato fericidio pœna positionis ad numellas cum fustigatione & confinatione, perjuro autem pœna *mutilationis digitorum*, *deß Finger Spitzens*, ponitur, quibus pro loci qualitate, veluti, si explosio bombardarum à talibus feripetis fiat in venatione voluptuariâ, non procul *ab Aula*, (*in einem Lust-Jagen, nahe an der Hoffhaltung*) *aut*, in oculis & auribus *Serenissimi* (*in Gnädigster Herrschafft Gegenwarth*) *relegatio ex Ducatu*, aut, pro circumstantiarum gravitate, *extremum supplicium* irrogatur; scil ob protervam & maximam suam audaciam. Et si sint venationum temeratores hujus planè farinæ, ut sese invicem devinciant (*daß sie sich zusammen verbinden*) aut sese opponant Principis Officialibus, &

Sal-

Saltuariis (*gegen die Forst-Diener sich wahren*) aut planè eos adoriantur (*solche angreiffen*) semper pro rei qualitate severior pœna adhibetur, in tantum, ut etiam pro delicti enormitate *ignitis forcipibus* contra eos procedatur cum *decollatione*, & postea Cadaveris rotæ impositione, & capitis in palum affixione. add. *Chur-Pfaltzische Malefitz-Ordn. tit. 51.*

Et quidem vi hujus Constitutionis *de anno 1680.* suo modo hæc pœna etiam obtinet *indistinctè*, delinquens sive *subditus* sit, sive *forensis*, si hic deprehensus fuerit; conformiter planè *juri communi* secundum quod etiam forensis in loco Commissi delicti forum sortitur, eandemque ibidem determinatam pœnam sustinet.

Quamvis huic interpretationi videantur obstare verba *in fin. de art.* ibi: *daß einem solchen treulosen Mann solle der Richter mit äusserster Todes-Straff ansehen, und zum Schwerd erkennen*, quæ verba solùm *de subdito*, & non de *forensi* intelligi videntur. vid. *art. 5. §. so fern*, nisi tale vocabulum *treuloß* (*perfidus*) sumatur in eo sensu, quo apud Ciceronem *III. offic.* ubi omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi & malitiosi dicuntur, quod tamen non credendum, sed potius contrarium. Et subditus perfidus, *der seiner Herrschafft geschwohrne Pflicht und Treu vergessen*, cùm non solùm ordinatio feripetarum de *subditis* loquatur, sed etiam in *art. 4.* discrimen inter *subditum* & *forensem* constituatur. vid. *d. art. 4. §. und in fin.* & quidem ita, ut in sequenti. §.

Wann

VVann aber, forensibus non talis acerba pœna; ut subditis, dictetur, additis à Serenissimo Legislatore rationibus sequentibus. *VVeil Sie 1. gnädigst Herrschafft Ordnungen nicht unterworffen. 2.) Der Unterthanen Freyheit nicht fähig. 3.) Ihre Herrschafft und Obrigkeit auf die Fürstliche Bann oder Verbott nicht geben. Nehmlich wann dergleichen Gesellen, nach der VVilderer Ordnung æffters in ihren Flecken und Zehenden gebannet werden. Nisi dicere velimus* in Edicto subsecuto à Serenissimo Administratore, quod typis impressum, & vicinis territorii dominis communicatum fuit, ex nulla alia intentione, quàm ut contenta ejus subditis suis notificent, eosque seriò in illorum salutem dehortentur, ut adeò etiam illis omnis excusatio ex capite ignorantiæ novi hujus statuti adimatur: omne discrimen inter subditum & forensem fuisse sublatum. Verùm quia in sanctione hujus Constitutionis in feripetas, Serenissimus Legislator, (quàmvis unicè in pœnis levioribus, ultimum supplicium non inferentibus, expressum discrimen inter subditos & forenses, Ipsemet constituerit, quod discrimen verbis expressis non sublatum Ideò facultas nostra, quæ deliberationi in Constituendo præfato *Edicto* non interfuit, exactè judicare non potuit, de Serenissimi genuina intentione: Et an per eam, omne omninò discrimen inter subditos & extraneos ratione pœnæ sublatum voluerit; Proindeque hoc in casu dubio ad *authenticam* interpretationem ipsius Serenissimi à Judice criminali recurrendum esse existimavit, quippe *quæ* est pe-

penes Legislatorem. *l. ult. C. de L. L. in consilio misso ad Judicem Uracensem die 24. Octobr. 1684.* vid. etiam B. Dn. Collega D. Harpprecht. *in volum. de anno 1710. Consil. 28. num. 53. 56. & 60. 94. & 98.* Secundum *art. 10.* verò Constitutionis *de anno 1588.* (Illis scil. subditis) quibus priores pœnæ salutarem terrorem non incutiunt, cum causæ cognitione, ob tàm grandem contemptum pœna mortis infligenda decernitur: In constitutione autem ultima *de anno 1694.* Illi interpretes notabiliter notantur, qui in præfato *articulo 10.* positum vocabulum *(soll) (mag) sinistrè* interpretati sunt: Et licet me non fugiat, de hoc *art. quid Beati* nostri Antecessores senserint, quasi particulæ hæ judicia in hoc Ducatu non precisè obligent, scripetam, qui tertia vice hoc crimen perpetraverit, ad mortem condemnandi: pro ut etiam Facultas tùm temporis hanc pænam talibus transgressoribus numquam dictaverit. Harpprecht. *ad P. 12. & 13. n. 321. Inst. de R. D.* non tamen dubitandum, quin non etiam concurrentibus circumstantiis aggravantibus pœnam capitis pariter approbassent Jung. Carpz, *in pr crim. d. q. 84. n. 44.* Nicol. Everhard. *vol. 1. consil. 10.* Ahasv. Fritsch. *in corp. jur. forest. consil. 9.* Tendit autem hoc *ultimum Edictum* inter alia in specie eò; ut si quis subditorum in futurum post publicationem, seu promulgationem hujus *Edicti*, hujus *delicti* reus inveniatur, & respectivè prima, secunda & tertia vice deprehendatur, is juxta superius adductam distinctionem casuum, post judicialem cognitionem cum respe-

ctivè

ctivè pœna Carceris, pœna pecuniaria in duplo, ad operas publicas condemnatione, confinatione, & juramenti præstatione affici, imò fustigatione, amputatione digitorum, & tandem pro ratione Circumstantiarum, aggravantium & incorrigibilitatis, pœna laquei, vel gladii, sine indulgentia aut remissione ulla, puniri debeat; Ratione *Forensium* verò, *Serenissimus Nomotheta* sibi ad manuductionem, *d. art. 4. in præfata Ducali Ordinatione Würtembergicâ de anno 1588.* ubi in extraneos arbitraria dictata pœna occurrit, omissa mentione superioris Edicti *de anno 1680.* peculiariter de novo reservat pœnam, pro gravitate delicti etiam graviorem dictandam.

Quòd si verò quis reperiatur, qui sine ulla emendatione jàm sæpius peccaverit, & plures ferarum species interfecerit, licet antea propterea nunquàm punitus, aut deprehensus fuerit, eidem, ceu multiplicis fericidii reo, juxta hoc Edictum prohibitorium, positi in eo gradus, nihil proficiunt, aut juvant, quibus non solùm pœna carceris, aut pecuniaria, sed pro magnitudine delicti conformiter præfato. *artic. 4. in dict. Ordin. de anno 1588.* etiam cum positione ad numellas per Carnificem, *aut* fustigatione, secundum moderationem providi, & prudentis Judicis, condemnari & puniri jubetur, non attento prætextu turbulentorum belli temporum, aut subditorum paupertatis. Cùm aliâs ferè nunquam hujusmodi delinquentes pœna ordinaria puniri possent, qui plerumque pauperes sunt, qui maximam partem

per vitam luxuriosam huc detrusi sunt, (*die meistentheils durch ihr verthunlich liederliches Leben in solche Armuth gerathen*) ut taceamus, quòd non omnis paupertas, sed famis necessitas, *eine rechte Hungers-Noth*, aliàs à pœna furti ordinaria præstet excusationem. *juxta art. 66. O. C.* ibique Zieriz. Stephan. Glasen. *in not.* Cum expressa reservatione ulterioris severioris animadversionis, & declarationis pro ratione casuum contingentium, etiam damnationis ad Triremes. de qua pœna etiam extat Ducale rescriptum emanatum *die 26. Novembr. 1716.* Verùm hæc pœna novissimæ ordinationi *de anno 1718.* non fuit inserta, in qua etiam *in artic. 10.* pœna Capitalis in tertia vice reiterato fericidio non dictatur statim, sed insuper requiritur, *daß das Wild gefällt sey, und nicht nur geschossen, indem Schiessen und Fællen conjungirt wird.* Et ita pronunciavit Facultas nostra *anno 1720. Mens. Januar.* vid. Everhardus I. *d. consil. 10. circa finem.* ubi neque duram nimis existimari debere hanc pœnam, existimat. Cùm Nebulones non sint absimiles validis mendicantibus, quos ad servitutem perpetuam rapi debere probatur *per text. &* Gloss. *in l. un. Cod. de valid. mendic.* add. etiam Harpprecht. *d. §. 12. & 13. Inst. de rerum divis.* Nec hic numerus occisarum ferarum, (de quo *d. §. 9.* nihil meminit) sed reiteratio delicti inspicienda, quæ ipsa pervicacem, & obstinatum hominis malefici animum, talia mandata prohibitoria præfinito contemptu conculcantis, & spernen-

nentis in scelera prodit. Classen. *ad art. 16. O. C. vers. quæ requisita.*

Quemadmodum aliàs reiteratio delictum furti, licet magnum istud non fuerit, aggravat. *d. art. 161. O. C.* & Crimina efficit capitalia, quàmvis per se capitalia haud sint. *arg. l. 5. §. 3. de re milit. cap. 1. x. de pœn.* Joh. Harpprecht. *ad d. §. 12. J. de R. D. num. 314.* Mascard. *de probat. edit. noviss. conclus. 839.* *nec à pœna reiterati adulterii* prima vice non ex asse, & secundum omnes pœnæ partes puniti deductum *argumentum*, procedit *ad fericidium*, imprimis ob deficientem hîc legis, vel statuti dispositionem.... *Præstatio* autem *Urpheda.* de qua *in art. 3. der VVilderer-Ordn. §. 1.* agitur, non pars pœnæ est, sed saltem in hunc finem requiritur, ut condemnatus delinquens, pœnæ eidem per sententiam dictatæ *in d. §. 1. art. 3.* determinatæ satisfactionem præstare queat, *damit ein condemnirter* delinquent *den Inhalt ihme* per sententiam *andictirter in d. §. 1. enthaltener Straff ein Genügen leisten mœge.* Prout ipse indicat verborum *tenor. ibi. und das zu halten, und zu laisten, einen leiblichen Ayd schwœhren.*

Rectè etiam feripetis, & furibus *stigma inuri*, non tamen in *fronte*, sed in *dorso*, quibus aliquando in *Saxonia* gestatio cornu *Cervini* dictata fuerit, monet laud. B. Dn. Collega Dr. Harpprecht, *in d. consil. 28. num. 94. & 98.* add. B. Dn. Crusius. *in Suevicis Annalib. lib. 10. P. 3. p. 557.* ubi notat, venationes furtivas à Duce *Ulrico* sub periculo oculorum fuisse prohibitas, *Interdicto* Stuttgardiæ

cano, dùm intelligebat, insidias fieri non solùm feris, sed suæ etiam vitæ. De aliis circumstantiis ponderandis in pœna dictanda vid. Dieter. *in not. ad Thes. Bes. d. loc. Wilderer.* Rudinger. *Cent. 5. Obs. 64.* Georg. Mohr. *de venat Part. 1. cap. 4. n. 17. & 18:* add. *l. 11. de pœn.* & Ertel. *in praxi aurea p. 1. cap. 7. observ. 8. & in praxi aurea P. 2. In der acht- und zwantzigsten Ubung, fol. 277.* Is, qui piscatorem, vel venatorem, qui victum ex piscatione & venatione quærebat percussit, vel occidit tenetur ad æstimationem operarum piscatoris, vel venatoris percussi aut occisi. Mohr *tr. de jure venandi p. 1. cap. 10. num. 9.*

Feræ autem in ædibus *feripetarum* adhuc repertæ, non minus ac facula, ac bombardæ, ipsis Jure auferuntur. laud. Dn. Collega, *d. Consil. 28. n. 223.* Et tales venatores æquè ac alii ad hoc autorati, feras, quas capiunt, Principis faciunt. Prælaud. Dn. Collega, *d. l. num. 125.* add. Carpzov. *in prax. Crim. p. 2. q. 84.* & Noë Meurer *d. tr. rubr. Wie man das Wild jagen soll, und es seye tod, oder lebendig.*

In hac *Universitate, quicunque Civis, feris insidiari in Sylvis, Forestis, aliisque interdictis locis deprehensus, & facti legitimè convictus fuerit, is, ipso illo facto, Jure & Privilegiis Universitatis excidit, & Illustrissimi Principis constitutioni Forestariæ, seu venatoriæ subjicitur, ut habent verba statutorum univers. cap. 18.* Quòd si in sylvam venandi causâ ingressus venator, licitam venationem exercens, inopinatò, seu fortuitò prætereuntem, & non VISUM in

in actu venationis sclopeto transfixerit, hoc homicidium *casuale*, & dehinc planè impunitum erit. *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* Vasqui. *quæst. Illustr. l. 1. cap. 19. num. 15.* Volz. *de homicid. c. 6. n. 29.* Sebast. Medices *de venat. Part. 2. qu. 9.* Tabor. *in armament. Justin. cap. 4. th. 3.* add. omninò Hunnius *diss. de jure venandi th. 15. in corpore juris forestal.* Fritsch. *p. 247.*

De prohibita venatione, & piscatione vid. etiam Müller ad Struv. *tit. de furt. p. 798. & seqq.* De *indiciis* furti ferarum bestiarum, vid. Crus. *de Indic. delictor. p. 3. cap. 12. per tot.*

Abstinendum tamen à talibus pœnis *capitalibus*, quæ *inhumanitatem sapiunt*, prout memorabile exemplum ex Wolffio refert. laud. Crusius *de indic. delic. p. 3. cap. 11. num. 25.* de quodam *Episcopo Salisburgensi*, qui experiens rusticum pauperem, in cujus segetem, Cervus jàm semi mortuus devenerit, eum prostrasse, & suis comedendum filiis egenis, & esurientibus dedisse, ita impactum *cervina pelle* virum in foro venatus est, & Ipse coràm, animi sui declarandi gratiâ, quàm id sibi arrideret, cornu in manus sumpsit, eoque inflato, canes & molossos atrocissimos in hunc, qui jàm animam suam DEO commendabat, causamque iniquissimam ipsius Judicio deferebat, incitavit, qui eum undique aggressi, miserrimæ in morem feræ dilaniaverunt; acclamante in Cœlum innocente sanguine, DEUS haud impunem illum nefarium Episcopum habuit, quem venationi postero die indulgentem, ab equo repentino morbo

præcipitavit, & justissimè interemit. add. *in cap. 13. num. 10.* vid. etiam Cyriacus Spangenberg, *vom rechtmæssigen Jagen. fol. 45.* Quis etiam probabit facinus *Galeacei Sfortiæ*, qui coëgit colonum, ut leporem, quem ceperat, crudum cum pelle devoraret, unde mortuus est. Arnisæus *in politic. cap. 17. pag. 327.* ita improbandum, quod apud Herodotum legitur, ubi *Megapycus Persa*, quod Leonem in venatione in pedes, sese contra *Artaxerxem Regem* erigentem jaculo occidisset, decollari à Rege indignante est jussus, quod contra Persarum statutum feram cædere occupasset, antequàm ipse telum in eam emisisset, vid. Tabor. *in armamentar. Justin. cap. 10. §. 4.* ubi simile exemplum de *Basilio Rege* referre Keckermann. *disp. extraordin. de Monarchia Persarum aph. 5. monet.*

Insigne etiam extat *exemplum* insanæ voluptatis cum immani crudelitate conjunctæ, *de Bernabo vice comite*, apud Bernardinum Corium historiæ Mediolanensis *part. 3. pag. 247. & seq.* Et Antonium Possevinum. Is, si quis leporem, capream, aprum, aut aliud genus ferarum insecutus convincebatur, illi oculos eruebat; etiam laqueo suspendebat, facultates fisco addicebantur. Qui crudelitatem fugâ evaserant, perpetuo exilio, & bonorum amissione mulctabantur Quibusdam etiam ædes solo æquatæ, postquàm pecuniam omnem detraxisset. Inaudita hactenus sævitia, duos cucullatos impulit, atrocitatem morum coràm accusare. Intumuit alieni consilii impatiens Princeps; & increpitis monachis, quod sacris addicti profana curarent, ad dolum transiit, si quâ

qua importunos correctores impietatis crimine involvere posset. Ergò sciscitatus, an lepus à venatore rustico captus, ejus esset? cum affirmantes accepisset, ore renidens, sublato capite, & veluti rabie agitatus, subjunxit, non ergò DEI? nec responsum tolerans, ut impietatis convictos, cremari vivos jussit. Cæterùm, ut venatio oblectamento, non item oneri, aut dispendio esset, 5. canum millia ali à subditis jubebat; divisis per civitates & oppida agminibus: ut quacunque ditionis parte processisset, haberet ad manus, quibus voluptatem expleret. Graciles, aut plus justo obesos, quovis mense, ad id delegatis ostentasse, capitale erat perniciosum maxime, morbo aliquem defecisse: denique emisse ferinam, aut edisse, cauponib. stabulariis, tabernariis, omni denique hominum conditioni exitiabile. add. Paulus Mathias Wehner. *tr. von Veranderung der Regimenter. pag. 217: & seqq.* Ita neutiquam defendi potest crudelis illa pœna *fabricatio in cervum, das Hirsch-Schmiden.* Besold. *in Thesaur. Pract. voce Jagen, & voce Wilderer.* cum ab omni pœna meritò sit abstinendum, quæ lento admodum gradu mortem infert, ne ad desperationem homo adducatur, & corpus ita puniendum, ut animæ parcatur. Stryk. *d. loc.* hucusque Stryk. *de jure putativo cap 2.* §. 2. nimis Crudele, nimis durum, nimis inhumanum. Cervus enim in solitudinem missus, noctu dieque non requiescit, nisi cursu defatigatus, per invios saltus, per nemora umbrosa currit, eo fine, ut impositum sibi onus abstrahat, quo non abstracto, superat

avios montes, & ad devios valles præceps fertur, fruticeta, & dumeta permeat, in senticetis squalidis se circumvolvit, fluvios rapaces tranare solet, transilit sepimenta obsita virgultis & spinis, ut sæpius corporis membra frustratim abripiantur imposito; quo ipso ad desperationem adigitur.

Notabile exemplum adducit, D. Hermann Hoffmann *in Lycurg. Germ. moribus in form. cap. 45. num. 9. de Cervo in Wetteravia anno 1665. mense Majo*, in agro sato frugifero viso, cujus dorso ferreis vinculis alligatus erat feripeta, cruentus vestibus laceratis, dirupto corpore, *mit zerfleischten Leib*, qui continuè ingeminabat. *Ach nehmet mir doch mein Leben, daß ich der unerträglichen Straff, die ich nun in den dritten Tag ausgestanden, abkommen mæge.* Ob quod laudatus Hoffmannus *ita exclamat. O anima, si in desperationem incidisti, quam terribilem institues querelam in extremo judicio contra judicem tuum secularem, quem non corporis tui sanguine satiare potuisti, sed temet ipsam, quæ ad immortalitatem condita es, ad immortalem interitum reservatam videbis.*

Saltuarii autem *Ipsi* sæpè *magnum damnum inferunt*, quibus, *fera caro, nemus, domus, sylva, villa est*, & officio pendente *domos & palatia* exstruunt, splendore, luxu & magnificentia cum Antiquis Nobilioribusque Familiis certantes, quos *Pausone & Codro mendiciores*, non ita pridem adventasse vidimus, juxta Illud *juvenalis.*

Tota domus Codri Rheda componitur una.

Crusius *de indic. delict. special. part. 3. cap. 10. in fin.* Horum tamen furta circa Administrationem com-

mis-

missa mitius punienda. *arg. l. 55. §. 1. ff. de administr. tutor.* Theodor. *in Coll. Crim. c. 9. aph. 5. l. 2. n. 14.*

Quemadmodum autem in furto constare *de corpore delicti censetur*, si certus sit Judex de rebus ablatis & personis, quibus ablatæ sunt: Berlich. *p. 5. Concl. 46. num. 1.* Boss. *in pr. Crim. rubr. de furt. num. 15.* Manz. *ad Ord. Crim art. 6. num. 34.* Ita pariter in fericidio, ceu crimine similiter facti permanentis de *corpore delicti*, tum demum constare dicendum est, si ipsæ feræ occisæ illud judici repræsentent, aut feripeta ἐπ αὐτοφώρῳ e. g. *über dem Zerwirgen*, reperiatur: *Wann der VVildbret-Dieb ob der That betretten, oder dasselbe sonsten über ihn ausfündig gemacht wird.* Carpzov. *d. qu. 84. num. 50. & seqq.*

Sicut autem in *Casu*, quo quis plura furta se commisisse fatetur, ad corpus delicti verificandum sufficit, si unum solummodò, vel duo debito modo probentur, etiamsi reliqua non sint liquida aut verificata. Berlich. *d. loc. n. 24.* Carpz. *d. qu. 81. num. 56.* Ita idem, non minus ob suam cum furto affinitatem, de hoc fericidii crimine asserendum, ubi ita quoque *Facultatem nostram statuisse memini, in consilio die 8. Augusti 1689.* add. Crusius *de indiciis delict. Special. part. 3. cap. 12. num. 17.* ubi venditionem & participationem ferarum captarum, vel emortuarum vel vivarum indicia parere notat, & una appertinens exemplum de mendico in sylva solitariè non procul *à Bructero degente allegat. cap. 14 num. 8.* ceu indicium circa *piscinas & alvearia, nocturnas deambulationes, diurnas* & clancularias digressiones, imò actus Clandestinos imprimis rusticorum.

CAP.

CAP. XV.
De Contrariis.

Thes. I.

SEquuntur *Contraria*, ad QUÆ inprimis referri possunt *modi, quibus jus venandi amittitur*, qui quamvis *varii* sint inprimis mors illius cui ad dies vitæ saltem venatio concessa. Fritschius *in suo tr. aus dem klugen Beambten. fol. 698.* tamen præcipuè amittitur *voluntate ejus*, qui Jus venandi habet: Nempe hujus Juris eidem competentis *renunciatione* expressâ, vel tacitâ. *arg. l. 29. de pact. l. p. C. eod. l. 14. §. 7. de ædil. Edict. & l. 35. de Reg. Jur. l. 41. de minoribus:* tùm *Cessione* & *Consolidatione*, si videlicet ille, cui venatio concessa, deinde ipsam sylvam cum omnibus pertinentiis & juribus acquirat. *arg. l. 5. si usufr. Pet. l. 4. §. 3. ff. de precar. C. J. A. d. l. add. §. 3. J. de usufr*, Joh. Harpprecht. *p. 1. d. 10. num. 34.* Vel præter voluntatem ex culpa. Si jure venandi abutatur: exercendo eam *remissius*, quando ob intermissionem, & neglectum venationis ferarum, numerus earum in tantum auctus est, ut enormis inde subditis & fundo contingat deterioratio, vel *frequentius* justo, quando etiam prohibitis temporibus venatur, vel quando ultra fines territorii sui, in ipsius Domini fundo evagatur de quo vid. B. Dn. Stryck. *diss. de abusu. jur. cap. 4. num. 63. vol. 4. disp. 11.* add. B. Dn. Collega Dr. Harpprecht. *de venat. precar. fol. 58.* add. Fritschius *de convenat. membr. 5. cap. 5. & seq. ubi de contrariis convenat. agit.* vel si id per investituram habeat, & ob

ob commissam Feloniam, vel aliud Crimen eo privetur, inprimis *ultrò* extinguitur. vid. Fritschius *in tr. aus dem klugen Beambten. fol. 698.* si quis per *decennium jure suo non usus fuerit*, sc. *voluntariè*, occasione utendi datâ vel oblatâ. vid. Fritschius *in d. tr. aus den klugen Beambten. fol. 698.* Etsi per privilegium venationem obtinuerit, prælaud. Stryk. *d. diss. de abusu juris quæsiti cap. 3. num. 47. & in d. diss. de non usu juris quæsiti pag. 24.* Quod si verò extra privilegium id Jus possideat, vel occasio defecerit utendi, & nulla fera bestia in sylva fuerit, & si per mille annos non fuerit venatus, non tamen amisit jus venandi, cùm hîc omnis negligentia cesset; & Princeps non acquisivit jus prohibendi; Cùm res meræ facultatis, sive voluntatis sit, quæ nullo tempore præscribitur, *l. 2. ff. de via publica & itin.* nisi Princeps semel prohibuerit, & in ea prohibitione Vasallus acquieverit, per longissimum tempus; ex illa enim jus præscriptionis induci potest. *l. 1. C. de servit.* & ibi Brunnem. *num. 11.* Liber Baro de Lyncker. *in resp. 65. num. 86.* add. Textor. *de jur. venand. th 25.* B. Mauritius *Consilio Chilonienst 1. pag. 7.*

Nec ullo tempore præscribitur, qui jure familiaritatis utitur, ad præscriptionem enim requiritur quasi possessio. *Capitul. 3. de Reg. Jur. in 6.* Quâ caret, qui re precariò utitur, *l. 41. de acquir. & amittend. possess.* & sic non possidet, qui jure familiaritatis possidet. vid. Mev. *P. 2. decis. 102. n. 4. & 5.* Quanquàm in jure venandi speciatim *cautela* observari soleant, ut venationes pro defen-

den-

denda quasi possessione Juris venandi *instituantur*; etiamsi nulla spes capiendi adsit, incertum enim esse potest, annon vel lepus alicubi lateat. Stryk. *d. diss. de non usu Juris quæsiti. cap. 3. n. 34.* Imò venari poterit, licet certò sciat, nullas in illo fundo latitare feras, *er kan jagen, ob gleich nichts vorhanden.* B. Dn. Stryke *in vol. 4. d. diss. 10. de abusu Juris. cap. 4. num. 3. add. n. 4.* In *non usu* autem *venandi, quoad certas partes*, non expeditum est, *an integrum jus venandi conservatum.* e. gr. Si quis hactenus tantùm lepores, apros ceperit, jure verò capiendi Cervos non fuerit usus, an per exercitium *inferioris* venationis retinuerit *superiorem?* hîc indubitati quidem juris est, per capturam *minorum ferarum* non posse induci *præscriptionem*, quantùm ad feras *majoris generis*; cùm præscriptio sit stricti Juris, & sic non extendenda ultrà suos terminos, sed tantum præscriptum, quantum possessum. *l. 18. §. fin. de A. A. P. cap. 18. de præscript. cap. 3. de R. J. in 6.* & continuatio possessionis, est causa præscriptionis *l. 3. de usuc.* Mev. *p. 2. decis. 102. num. 4. & 5.* Longè tamen alia ratio est acquirendi, quàm conservandi juris: *Illa* enim in alieno odiosa est, & hinc benigna interpretatione non adjuvanda. *Hæc* verò favorabilis, *arg. l. 7. §. f. ff. quod cujusque universit. nomine*, ubi unus conservat Collegium. *& arg. §. 18. J. de legat. l. 22. ff. de legat. 1. ubi unica ovis, vel unus bos conservat gregem*, ut hinc totum Jus venandi retineri posse putem, etiam per actum ad inferiorem venationem pertinentem, modò sciat sibi jus venandi etiam majores bestias

com-

competere, & non permittat alteri hujus venationis usum cum Dn Stryk. *d. diss. c. 3. n. 41. & seqq.*

Jus autem venandi in proprio fundo *non usu* nunquam amittitur. Stryk. *in vol. 4. de abusu Jur. Disp. 10. c. 3. n. 14. coll. 4. Disp. add. n. 26. ubi Quærit quantum tempus in amissione venationis requiratur*, si saltem certo anni tempore institui solet: add. *in vol. 4. disp. 9. de abusu juris cap. 4. n. 64.* Quod si per decem annos jure venandi in alieno territorio non utar, hoc amitto solo temporis lapsu. laud. Dn. Stryk *d. diss. de abusu Juris quæsiti c. 3. n. 47.* & idem *c. 4. n. 63.* & *in diss. de non usu juris quæsiti. p. 24.* nisi alternis annis, vel mensibus, alteri jus venandi ex pacto competat, tunc enim XX. anni semper requiruntur. vid. Noë Meurer *im Jag-und Forst-Recht. pag. 109.* Stryk. *d. c. 3. n. 26. de non usu juris quæsiti.* Müller ad Struv. *Ex. 13. th. 57. l. T.* ubi tamen aliud dicendum esse, & longum tempus sufficere statuunt, si quis ex libera voluntate, certo saltem tempore *v. gr. im Schweinhatz, oder in der Hirschbrunst*, illo jure venandi utatur, cum ipsi alio, & quocunque tempore etiam venari licitum sit, id quod itidem ita decisum extat apud Besold. *consil. 15. n. 66. & 75. cum. seqq.* vid. tamen Mev. *P. 1. decis. 1. n. 9.* officiali autem jure venandi in alieno, Principi competente legitimo tempore, illud amittitur: juxta Mohr *de jure venandi p. 222. in fin.* & Klock. *V. 12. 29. n. 444.* & B. D. Colleg. Harppprecht. *consil. 45. n. 282. & seq.* Myler ab Ehrenbach *in Hyparchol. c. 10. d. 16.* jus venandi tempore immemoriali præscribi posse certum. vid. Carpz. *l. 1. resp. 44.* add. Maurit. *p. 1. consil. Chil. 1. n. 8.*

add.

add. Gail. *l. 2. obs. 66. n. 37.* Knipschild. *d. tr. c. 7. n. 18.* Venatio autem precaria adversus concedentem qua talis, præscribi nequit. *per l. 17. ibi.* neque *libertas usu capietur, ff. commun. prædior.* Dn. Antecessores apud Besold. *Consil. 233. n. 99.* Struv. *in decis. Sabathin. in cap. 4. d. 13.* B. Dn. Collega Dr. Harpprecht. *diss. de venat. precar. p. 42.* add. Fritsch. *in corp. jur. venat. in tr. 15. von der Fœrstl. Obrigkeit Jagd-und Forstrecht, aus dess so genannten* Germ. Philoparchi *heraus gegebenen klugen Beambten. f. 698.* Citra ejus culpam autem præscribitur hoc *jus* e. gr. si jus piscandi à *superiori* simpliciter, citra contractum habuerit, & privilegium revocatum fuerit, *arg. l. quoties C. de precib. Imperat. offer.* aut prædium, cui jus venandi cohæret, chasmate, terræ motu, aut inundatione perierit. *arg. l. 128. de R. J.* Fritsch. *d. f. 198.* ubi etiam alios modos refert. Non verò, si sylva, in qua venatio aliàs exerceri debet, cæsa sit, quoniam hæc mutatio substantiæ sylvæ venatoriæ, non ex aliqua naturali corruptione, aut per casum contingit, sed ex malitia, aut malevola voluntate illius, qui hanc servitutem pati tenetur, provenit. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. c. 41. num. 20.* vid. *der kluge Beambte vom Jagd und Forstrecht.* apud L. Fritschium *fol. 696. & seqq.*

Cæterùm non omnis opera & cura in venatione est ponenda, notaque est fabula Actæonis, venationis omnium hominum studiosissimi, qui in cervum mutatus, à suis canibus dilaniatus est, quod non ob aliud finxisse poëtas ab aliis dicitur, quàm quod omnia bona sua in canes & venationem insumpserat. Mohr *tr. de jur. venand. P. 1. c. 3. n. 74. de jure autem ve-*

nand. & piscand. vid. etiam Schwaneman. *in process. Cam. p. 1. c. 12. num. 40. & 40. & seq.*

Cap. XVI.

De Affinibus Venationis.

Thes. I.

Affine inter alia est imprimis Jus *Wildfangiatus*, unde Wildfangi ita dicti à German. vocabulo *VVildt*, quod rem nullius certæ curæ, vel domicilii denotat, non autem à *feris*; peregrinus enim si ad loca, ubi hoc jus receptum est, confugiat, ibique per annum & diem permaneat, nec dominus prior eum ut subditum vindicet, in censum propriorum hominum, inque clientelam recipitur, præstat autem talis præfecto in album ipsum referenti *dem Fahvogt* florenum, *einen Fahgulden, oder den Fah-Pfenning* & juramentum fidelitatis annuatim postea certos adhuc grossos, ova & gallinam, dominoque, quando moritur, vestem, equm & jumentum relinquit. confer. Speidel. *notab. voc. Leibaigen.* Besold. atque Wehner. *voc. VVildfang.* Dn Stryke *de jure Princip. extra territorium c. 1. p 39.* Dn. Collega Dr. Schweder *in. J. P. f. 754. & seqq.* B. Dn. Harpprecht. *de jure mortuario. von dem Hauptfall.*

Thes. II.

Quod jus Wildfangiatus Serenissimo *Electori Palatino competit*, vi cujus, homines ex libera voluntate in Palatinatu, vel vicinis locis advenientes, & ultra anni spatium sine cujusquam contradictione commorantes protectioni *Electoris subjiciuntur, des Zenth-GraffenKnecht spricht, ich nehme euch im Namen meines Gna-*

Gnädigen Churfürsten zum VVildfang, und begehre von euch den Fachgulden; *Elector* quidem *Moguntinus*, aliique vicini Principes *Electori Palatino* de hoc Jure Wildfangiatûs controversiam moverunt, exorto etiam bello, sed Palatinus hoc jus *laudo* Compromissario à Commissariis Gallicis, Suecicisque prolato obtinuit. Dn. Rhet. *in Inst. J. P. l. 1. tit. 11.* § 7. ibique allegat. Burgold. *in Notit. per Germ. p. 1. disc. 26. n. 12.* ubi hoc laudum recitat. Sprenger *in Jurisprud. Publ. p. 389.* add. Tulemar. *de octoviratu. cap. 18.* §. 39. item Lunnigs *Reichs-Archiv. Part. spec. art. 165.* & Diarium Europæum *append. contin. 13.* Puffendorf. *de reb. gest.* Frid. Wilhelm. *in l. 9.* §. *81.* Stryk. *de qu. status, c. 3. p. 43. & 24. & seqq.* & in illo laudo discrimen constitutum inter Personalia in persona, seu corpus, & territorialia, ex jure territorii competentia, *Illa* cum proprietate in corpora, per Privilegium, Palatinum exercere, atque ex veteri etiam consuetudine circa proprios homines statuere posse, e. g. Eos in numerum propriorum hominum recipere, & debitas operas exigere, secus verò hoc. Imhoff. *in Notit. procer. Imperii l. 2. cap. 9.* §. *29.*

Hîc Retia & Vela contrahimus:
VVir blaßen das Jagen ab.

DEO autem ter optimo maximo, qui ob hominem omnia animalia creavit, sit Gloria SEMPITERNA!

FINIS.